III G 14

2757
95

Gymnasium zu Cassel
Lyceum Fridericianum
genannt.

Einladungsschrift
zu den
im Gymnasialgebäude dahier am 10. 11. und 12. April
stattfindenden
Prüfungen und Schulfeierlichkeiten.

Inhalt: Dissertationis de latine scriptis, quae Graeci veteres in linguam suam transtulerunt, particula II; 2) Schulnachrichten. Beides von dem Director.

Cassel 1848.
Druck von Theodor Fischer

(RECAP)
2951
.957
v.2

Dissertationis

de latine scriptis, quae Graeci veteres in linguam suam transtulerunt

Particula secunda.

Constantinus Magnus, qui imperio Romano Byzantium translato optabat, ut lingua latina in urbe nova eandem nancisceretur civitatem atque graeca, latino tantum [1]) sermone in rebus publicis usus, omnia quae ad senatum Constantinopolitanum et ad alios magistratus vel dicebat, vel scribebat, latinis composuit verbis, ita ut pauca tantum, si opus esset, interpretibus [2]) publicis magistrisve epistolarum graecarum [3]) traderet graece convertenda. Id more receptum a posteris quoque imperatoribus retentum est; cujus rei exemplum invenitur apud *Themistium* oratorem, qui Constantii imperatoris epistolam sive orationem, anno CCCLV ad senatum Constantinopolitanum [4]) Mediolano missam, graece servavit. Et habet sane epistola, quae latinum redoleant sermonem; neque tamen ab ipso Themistio, quod Joannes Harduinus [5]) putat, sed ab interprete quodam publico

[1]) Euseb. Vit. Const. III, 13, ubi Constantinus in concilio Nicaeensi (CCCXXV) coram episcopis graecis latine perorasse dicitur, et Themist. Orat. VI p. 71, c. Hinc explicandum est, quod et postea in conciliis mixtis oratores latini graecis prius loquebantur, et quod imperatores in consistoriis quoque ex more vetusto (Dig. IV, 2, 13 et Cod. IX, 47, 12) latine vel interloquebantur, vel cognoscebant (Cod. Theodos. I, 10, 3 et IV, 20, 2), ita ut adeo partibus graece agentibus latine responderent; sic Diocletianus in Cod. Just. X, 48 (47), 2 et Constantinus Magnus in Cod. Theod. VIII, 15, 1, ubi leguntur fragmenta eorum, quae in consistoriis sunt acta. Nihilominus Constantinus leges, quas dicunt bilingues, et latine et graece scriptas edidit, quarum una antiquissima, quantum sciam, legitur apud Euseb. Vit. Constant. II, 23 sqq.

[2]) Euseb. Vit. Const. IV, 32.

[3]) Cf. Notit. Dignit. Orient. XVII, 4. p. 50 Böcking, ubi est *magister epistolarum graecarum, qui eas epistolas, quae graece solent emitti, aut ipse dictat, aut latine dictatas transfert in graecum.* Nomina ejusmodi magistrorum vide in Gruteri Insript. p. 587.

[4]) Photius quidem (Biblioth. Cod. 74 p. 52 Bekk.) epistolam Constantii Romam esse missam dicit, sed errat, ut ex epistola ipsa (p. 20, d; 21, d 22, a) et ex Themistii gratiarum actione, Constantinopoli habita, apparet; cf. et Gothofred. ad Cod. Theodos. T. II p. 46.

[5]) Ad Themist. p. 376; cf. et Dissert. I p. 21.

Digitized by Google

vel magistro epistolarum in graecum est translata; nam Themistius ipse in oratione sexta [6]) sive *περὶ φιλανθρωπίας* se lingua latina uti posse negat. Incipit vero epistola, quae latine non exstat, his verbis:

Εἰ [7]) *ὑμεῖς μετὰ τῶν ὑμετέρων ὑγιαίνετε, καλῶς ἂν ἔχοι· ἐγὼ καὶ τὸ στρατόπεδον ὑγιαίνομεν.*

Χαίρειν ὑμᾶς εἰκός, ὦ πατέρες συγγεγραμμένοι, καὶ τῷ πλήθει τῶν τροπαίων εὐφραινομένους, καὶ τῆς παρούσης εἰρήνης ἀσφαλῶς ἀπολαύοντας· ὧν ἀεὶ πειρῶμαι πεφροντικῶς νῦν μέν τινα ἀρχὴν προστιθέναι διὰ τῶν ὅπλων τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ, νῦν δέ τινα ὠφέλειαν ἐξευρίσκειν διὰ τῶν νόμων τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑπηκόοις· καὶ νῦν δὴ πάντως συνεληλύθατε, θάτερον τούτων προσδοκῶντες διὰ τὴν συνήθειαν, ἢ πολεμικῶν ἀγγελίαν κατορθωμάτων, ἢ χάριτος εἰρηνικῆς μεγαλοδωρίαν· ἐγὼ δὲ ἐμαυτῷ προσήκειν ὑπολαμβάνω μὴ μόνον διὰ τῶν κοινῶν ἀγαθῶν τὴν εὐφροσύνην ὑμῖν παρασκευάζειν, ἀλλὰ καὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἄνδρα καθ' ὅσον οἷόν τε πρόνοιαν καὶ φροντίδα τὴν προσήκουσαν ποιεῖσθαι. Ἐπεὶ καὶ τῆς κοινῆς ὠφελείας τηνικαῦτα μάλιστα γίνεται αἴσθησις, ὅταν εἰς ἕκαστον ἡ ἀπόλαυσις ἀναπέμπηται· ὥστε εἴπερ καὶ τῶν δημοσίων φροντίδων τὸ καθ' ἕκαστόν ἐστι τέλος, τούτου μάλιστα φροντιστέον προηγουμένως, μᾶλλον δέ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ ὁπηνίκα ἕνα ἄνδρα τῆς προσηκούσης τιμῆς ἀξιῶ, κοινὴν δίδωμι δωρεάν. Οὐδεμία γὰρ χάρις μετὰ λόγου καὶ κρίσεως διδομένη μόνον τοῦ λαμβάνοντος γίνεται, ἀλλὰ προτίθεται κοινὸν ἆθλον ἅπαντι τῶν ὁμοίων πόνων.

Quanta vero auctoritate lingua latina tunc Constantinopoli apud imperatores polluerit, ostendunt *Libanius* (CCCXIV—CCCLXXXVI) et *Joannes Chrysostomus* (CCCLIV—CCCCVII), quorum ille [8]) latinarum dicit literarum potentiam tantam fuisse, quum, qui latina callerent, honores et divitias accepissent, ut studium linguae graecae negligeretur; alter [9]) vero, mores aetatis suae describens, linguae latinae bene gnarum in aula principum esse insignem ibique pro lubitu omnia administrare affirmat. Propterea et Hermogenes, qui anno circiter CCCLX proconsul Graeciae factus est, ut rebus agendis idoneus esset, linguae latinae cognitionem sibi comparavit [10]).

Quod doctrina christiana [11]), quae per Constantinum Magnum publicam in orbe terrarum Romano nacta est auctoritatem, Graecos inprimis permovit, ut linguam latinam addiscerent et latine scripta in usum suum verterent, ejus rei testimonium exhibet *S. Athanasius* Alexandrinus, natus anno CCXCVI [12]). Etenim quum inter eum et Arium

[6]) Ab init. p. 71, c. *εἴπερ οἷόν τε ἦν, διημειψάμην ἂν τὴν γλῶτταν πρὸς τοὺς ἐκείνης τῆς λέξεως ἐπιστήμονας.*

[7]) Vv. *εἰ — ὑγιαίνομεν* desunt in Cod. Mediol.

[8]) Orat. de fort. sua T. I p. 133 R. *φυγὴ μὲν ἀπὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων φωνῆς, πλοῦς δὲ ἐπ' Ἰταλίας, ζητούντων κατ' ἐκείνους διαλέγεσθαι· τοὺς γὰρ δὴ λόγους τῶν λόγων γενέσθαι δυνατωτέρους καὶ εἶναι μετ' ἐκείνων δυνάμεις τε καὶ πλούτους, ἐν δὲ τοῖς πλὴν αὐτῶν οὐδέν.*

[9]) Serm. ad fidelem patrem T. VI p. 190 l. 34 ed. Eton. *ὁ τὴν Ἰταλῶν γλῶσσαν ἐκπαιδευθεὶς ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστὶ λαμπρὸς καὶ πάντα ἄγει καὶ φέρει τὰ ἔνδον.*

[10]) Himer. Orat. XIV, 28.

[11]) Cf. Dissert. I p. 19.

[12]) Cf. de eo Saxii Onomast. T. I p. 395 sq.

Digitized by Google

dissidia illa de natura Christi exorta essent et Lucifer episcopus Caralitanus libros duos pro Athanasio ad Constantium imperatorem latine scripsisset, Athanasius intra annum CCCLV et CCCLXI, dum profugus in desertis Thebanis vivit, eos *suspexit* [13]) *ut veri vindices atque in graecum stilum transtulit.* Graeca interciderunt.

Unde augurari licet compluria, quae graece exstant apud Athanasium, ab ipso e latinis esse conversa. Habet vero duas fidei christianae formulas [14]), quas dicunt Sirmienses, secundam et tertiam, quarum verba latina leguntur apud Hilarium [15]), complures Constantii imperatoris ad ipsum epistolas [16]), concilii Alexandrini [17]) subscriptiones et concilii Ariminensis ad Constantium imperatorem epistolam [18]), cujus initium, quod latinum legitur in fragmentis Hilarii de synodis [19]), hoc est:

Epistola Ariminensis concilii ad Constantium imperatorem.

Jubente deo ex praecepto pietatis tuae credimus fuisse dispositum, ut ad Ariminensem locum ex diversis provinciis occidentalium episcopi veniremus, ut fides clararesceret omnibus ecclesiis catholicis et haeretici noscerentur. Dum enim omnes, qui recte sapimus, contrectaremus, placuit quidem ut fidem ab antiquitate perseverantem, quam per prophetas, evangelia et apostolos, per ipsum Deum et Dominum nostrum Jesum Christum salvatorem imperii tui et largitorem salutis tuae accepimus [22]), *quam semper obtinuimus, teneamus. Nefas enim duximus sanctorum aliquid mutilare*

Ἐπιστολὴ τῆς ἐν Ἀριμίνῳ συνόδου πρὸς τὸν Βασιλέα.

Ἔκ τε [20]) *τῆς τοῦ Θεοῦ κελεύσεως καὶ τοῦ τῆς σῆς εὐσεβείας προστάγματος τὰ πάλαι δογματισθέντα γεγενῆσθαι πιστεύομεν· εἰς γὰρ Ἀρίμινον ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων εἰς τὸ αὐτὸ πάντες οἱ ἐπίσκοποι συνήλθομεν, ἵνα καὶ ἡ πίστις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας γνωρισθῇ καὶ οἱ τἀναντία φρονοῦντες ἔκδηλοι γένωνται. Ὡς γὰρ ἐπὶ πλεῖστον διασκοποῦντες εὑρήκαμεν, ἀρεστὸν ἐφάνη τὴν πίστιν τὴν ἔκπαλαι* [21]) *διαμένουσαν, ἣν καὶ οἱ προφῆται καὶ τὰ εὐαγγέλια καὶ οἱ ἀπόστολοι διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκήρυξαν, τοῦ καὶ τῆς σῆς βασιλείας φρουροῦ καὶ τῆς σῆς ῥώσεως προστάτου, ἵνα ταύτην κατασχόντες φυλάξωμεν καὶ φυλάττοντες μέχρι τέλους διατηρήσωμεν. Ἄτοπον γὰρ καὶ ἀθέμιτον ἐφάνη τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως ὡρισμένων τι μετ-*

[13]) Marcellini et Faustini libell. precum p. 38 (p. 72 ed. Paris. 1650); cf. Dissert. I p. 21.

[14]) De synod. §. 28 Tom. I p. 695 ed. Commelin. et §. 8 Tom. I p. 674.

[15]) De synod. §. 11 p. 291 ed. 1523.

[16]) Athanas. Apolog. T. II p. 597 sq.

[17]) Epistola ad Antiochens. T. I p. 452.

[18]) De synod. T. I p. 676. Huc pertinet et epistola Constantii ad episcopos, qui Ariminum convenerant (Tom. I p. 716), epistola Ursacii et Valentis ad Julium papam (T. I p. 602), fortasse Liberii episcopi romani epistola ad Athanasium T. I p. 396 sq. et epistola concilii Sardicensis (Apolog. Tom. I p. 588 sqq.), cujus exemplum latinum in fragmentis Hilarii legitur p. 7.

[19]) Cf. Coleti Concilia generalia T. II p. 905.

[20]) Eadem leguntur apud Socratem in Hist. eccles. II, 37.

[21]) Al. *ἐκ παλαιοῦ.*

[22]) Vales. add. *accepimus.*

et eorum, qui in Nicaeno tractatu consederant una cum gloriosae memoriae Constantino patre pietatis tuae.

αλλάσσειν καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ κοινῇ μετὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου σου πατρὸς καὶ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐσκεμμένων.

Ex graecis apparet Athanasium sive quis fuerit interpres graecus, qui latina, quantum fieri potuisset, graeca esse reddita testatur [23]), a latinis hic illic multum recessisse, alia aliter collocasse, nonnulla male intellexisse, e. g. *credulitatem* pro *crudelitatem*, omnino in errores esse lapsum.

Symboli Athanasiani, quod alii [24]) ab ipso Athanasio, quum Romae commoraretur (CCCXL vel XLI), latine compositum [25]), alii ex graecis Athanasii verbis latine conversum esse dicunt, quatuor formulae, inter se discrepantes, a variis, *qui* [26]) *vel cum Graecis negarent Spiritum S. a Filio procedere, ut a quibus formula graeca prima et quarta profluxit, vel id cum ecclesia occidentali profiterentur, ut in secunda et tertia formula fit*, sive a Vigilio Tapsensi (a. CCCCLXXX), sive a *Vincentio Lirinensi* (a. CCCCL) in graecum translatae, passim leguntur [27]). Quae vulgo pro interpretatione Athanasii habetur, in scriptis ejus certe legitur [28]), ita incipit:

Symbolum Athanasii.

Quicunque [29]) *vult salvus esse, ante omnia opus habet, ut teneat catholicam fidem. Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in aeternum peribit. Fides autem catholica haec est, ut unum deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas, neque substantiam separantes. Alia enim est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti, sed Patris et Filii et Spiritus sancti una est di-*

Σύμβολον τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου.

Εἴ τις θέλει [30]) *σωθῆναι, πρὸ πάντων χρὴ αὐτῷ τὴν καθολικὴν κρατῆσαι πίστιν· ἣν εἰ μή* [31]) *τις ὑγιῆ καὶ ἄμωμον τηρήσειεν, πάσης ἀμφιβολίας ἐκτὸς εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολεῖται. Πίστις δὲ καθολικὴ αὕτη ἐστίν, ἵνα ἕνα θεὸν ἐν τριάδι καὶ τριάδα ἐν μονάδι σέβωμεν* [32]), *μήτε συγχέοντες τὰ πρόσωπα, μήτε τὴν οὐσίαν διαιροῦντες. Ἄλλη γάρ ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς ὑπόστασις,* [33]) *ἄλλη τοῦ υἱοῦ καὶ ἄλλη τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος μία ἐστὶ θεότης, ἴση*

[23]) De synod. p. 675 *ἑρμηνευθέντα κατὰ δύναμιν.*

[24]) Concil. general. Coleti T. IV p. 625 et Fabric. Bibl. Gr. T. VIII p. 741 (T. X p. 652 Harl.)

[25]) Alii symbolum hoc vel ab Hilario Pictaviensi (350), vel ab Eusebio Vercellensi (355), vel ab Hilario episcopo Arelatensi (445), vel a Venantio Fortunato (600), vel ab Athanasio Nemetum episcopo (640), vel ab Anastasio bibliothecario (850), vel a Bonifacio latine scriptum esse volunt; cf. Fabric. l. l. T. VI p. 316 (T. VIII p. 209 Harl.)

[26]) Verba Fabricii l. l.

[27]) Collegit Montfaucon in edit. Athanasii T. II p. 728—733.

[28]) Tom. II p. 38 ed. Commel.

[29]) Verba latina transscripsi ex Hahnii Bibliotheca Symbolor. p. 122.

[30]) Conversio in Concil. general. l. l., quae singula melius reddit, *ὅστις ἂν βούληται — χρὴ κρατεῖν.*

[31]) Convers. l. l. *μὴ εἷς ἕκαστος σῶαν καὶ ἀμώμητον τηρ. ἄνευ δισταγμοῦ.*

[32]) Convers. l. l. *σεβώμεθα μ. σ. τὰς ὑποστάσεις μ. τ. οὐ. διαχωρίζοντες.*

[33]) Convers. l. l. *ἡ ὑπόστ. τοῦ π.*

Digitized by Google

vinitas, aequalis gloria, coaeterna majestas. Qualis Pater, talis Filius, talis et Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus et Spiritus sanctus; immensus Pater, immensus Filius, immensus et Spiritus sanctus; aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus et Spiritus sanctus.

δόξα [34]), συνδιαιωνίζουσα ἡ μεγαλειότης. Οἷος ὁ πατήρ, τοιοῦτος καὶ ὁ υἱός, τοιοῦτον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἄκτιστος ὁ πατήρ, ἄκτιστος ὁ υἱός, ἄκτιστον καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· ἄμετρος [35]) ὁ πατήρ, ἄμετρος ὁ υἱός, ἄμετρον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· αἰώνιος ὁ πατήρ, αἰώνιος ὁ υἱός, αἰώνιον καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

Seculo quarto Symbolum Apostolorum, quo ecclesia romana semper utebatur [36]) incorrupto, et quod latine scriptum primus, quantum sciam, Rufinus [37]) Tyrannius († CCCCX) affert, graece redditum habet *Marcellus* Ancyranus († CCCLXXII). Legitur vero in epistola eius, anno circiter CCCXXXVII ad Julium episcopum Romae scripta, apud Epiphanium episcopum Cypri [38]) his verbis:

Credo in deum patrem omnipotentem et in Christum Jesum, unicum filium ejus, dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, crucifixus sub Pontio Pilato et sepultus, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit in coelos, sedet ad dexteram patris; inde venturus est judicare vivos et mortuos; et in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem.

Πιστεύω εἰς θεὸν παντοκράτορα καὶ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν κύριον ἡμῶν, τὸν γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου σταυρωθέντα καὶ ταφέντα καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν, ἀναβάντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, ὅθεν ἔρχεται κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἁγίαν ἐκκλησίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰώνιον.

Quibus inter se collatis verbum de verbo expressum esse vides, praeterquam quod ab initio vv. *τὸν πατέρα* librariorum [39]) fortasse culpa excidisse videntur et in fine vv. *ζωὴν αἰώνιον* addita sunt, quae leguntur et in symbolis ecclesiae Ravennatis et Carthaginiensis. Cujusmodi translationes, ad verbum expressae, quas *afferre plerumque obscuritatem, dum custodita verborum collatio eandem absolutionem non possit ad intelligentiae simplicitatem conservare*, jam Hilarius [40]) Pictaviensis († CCCLXIX) dixit, tunc plurimum erant in usu apud scriptores ecclesiasticos. Publici contra interpretes in convertendo hoc sibi sumpserunt, ut a latinis multum recederent, quod videre licet in epistolis Imperatorum, quae apud Eusebium in historia ecclesiastica leguntur.

[34]) Convers. l. l. *ἡ δόξα· συναΐδιος ἡ θεότης.*

[35]) Convers. l. l. hic et postea *ἀκατάληπτος (τον).*

[36]) Ambros. epist. ad Siricium papam T. V p. 186 ed. Paris. 1661.

[37]) Expos. Symb. Apost. in Operib. Cypriani ed. Oxon. 1682 p. 17.

[38]) Haeres. 72. Opera ed. Petav. T. I p. 836.

[39]) Legitur certe *πατέρα* in alia symboli formula, quae cum Marcelliana consentit, apud C. G. F. Walch Biblioth. symbol. vet. p. 56.

[40]) De synod. §. II. p. 290 sq. edit. 1523.

Digitized by Google

Huc pertinet et *Socrates*[41]), qui Constantinopoli natus et educatus[42]), sermonis latini sciens et literis latinis, quantum ad rem ecclesiasticam pertinebant, admodum eruditus fuisse videtur. Etenim non modo laudat Symmachum[43]) propter facundiae latinae praestantiam, Hilarium, quem libros latine scripsisse dicit[44]), alios, sed etiam compluria latine scripta vel legit, vel ex latino in graecum transtulit. Habet vero in historia ecclesiastica duas fidei christianae formulas[45]), quas supra dixi, complures Constantii ad Athanasium et ad concilium Ariminense et ejusdem concilii ad Constantium epistolas[46]), ex Athanasio procul dubio haustas[47]), et Rufini rerum ecclesiasticarum scriptoris locos aliquot[48]), quos ipse e latino[49]) in graecum vertit. Exempli loco haec transscripsi:

Rufin. I, 10.

Moris apud eos (Iberos) esse dicitur, ut si parvulus aegrotet, circumferatur a matre per singulas domus, quo scilicet, si quis experti aliquid remedii noverit, conferat laboranti. Cumque mulier quaedam parvulum suum per omnes circumtulisset ex more, nec aliquid remedii cunctas domos lustrando cepisset, venit etiam ad captivam, ut si quid sciret ostenderet. Illa se humani quidem remedii nihil scire testatur, Deum tamen suum Christum, quem colebat, dare ei desperatam ab hominibus posse salutem confirmat; quumque cilicio suo parvulum superposuisset atque ipsa desuper orationem fudisset ad Dominum, sanum matri reddidit.

Socrat. I, 20.

Συμβαίνει δὴ τὸν τοῦ βασιλέως παῖδα νήπιον ὄντα ἀῤῥωστίᾳ περιπεσεῖν· καὶ ἔθει τινὶ ἐγχωρίῳ παρὰ τὰς ἄλλας γυναῖκας ἡ τοῦ βασιλέως γυνὴ ἔπεμπε τὸν παῖδα θεραπευθησόμενον, εἴπου τι βοήθημα πρὸς τὴν νόσον ἐκ πείρας ἐπίστανται· ὡς δὲ περιαχθεὶς ὁ παῖς ὑπὸ τῆς τροφοῦ παρ' οὐδεμιᾶς τῶν γυναικῶν θεραπείας ἐτύγχανε, τέλος ἄγεται πρὸς τὴν αἰχμάλωτον· ἡ δὲ ἐπὶ παρουσίᾳ πολλῶν γυναικῶν ὑλικὸν μὲν βοήθημα προσέφερεν οὐδέν· οὐδὲ γὰρ ἠπίστατο· δεξαμένη δὲ τὸν παῖδα καὶ εἰς τὸ ἐκ τριχῶν ὑφασμένον αὐτῇ στρωμάτιον[50]) ἀνακλίνασα, λόγον εἶπεν ἁπλοῦν· ὁ Χριστός, φησίν, ὁ πολλοὺς ἰασάμενος καὶ τοῦτο τὸ βρέφος ἰάσεται. Ἐπευξαμένης τε ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ ἐπικαλεσαμένης θεὸν παραχρῆμα ὁ παῖς ἀνεῤῥώννυτο καὶ εἶχεν ἐξ ἐκείνου καλῶς.

In quibus animadvertes alia esse mutata[51]), alia addita, inprimis nomen reginae,

[41]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. V p. 118 (T. VII p. 424 Harl.) et Dissert. I p. 21 sq.

[42]) Cf. ejus histor. eccles. V, 24.

[43]) Hist. eccl. V, 14.

[44]) Hist. eccl. III, 10.

[45]) Hist. eccles. II, 30. 37.

[46]) Hist. eccles. II, 23. 29 et 37. Huc pertinet et Constantini M. epistola sive Constitutio de Ario ejusque sectatoribus I, 9.

[47]) Ut multa alia; cf. Hist. eccl. I, 27. II, 11. 30. 45.

[48]) Cf. Socrat. Hist. eccles. I, 12. 15. 19. 20. III, 19, ubi nomen Rufini laudatur, IV, 18. 26. 29. 30. 39 etc. (sine nomine Rufini) cum Rufin. Hist. eccles. I, 5. 14. 9. 10. 36. II, 5. 9. 10. 11. 6.

[49]) Cf. Socrat Hist. eccl. I, 12. II, 1. III, 19. IV, 26 et supra Dissert. I p. 21 not. 248.

[50]) Vocabulum, quod lexicis deest.

[51]) Ut in aliis locis; cf. Socrat. I, 8 p. 20 et IV, 18 cum Rufin. I, 3 et II, 5.

Digitized by Google

procul dubio ut miraculi magnitudo augeretur, totum vero locum ex latino esse translatum, ita ut verba, interdum sane non intellecta [52]), in graecis et latinis sibi respondeant, dum Socrates Rufini historias plerumque brevius narrare vel in brevius contractas graece reddere solet.

Alia causa, cur Graeci conversioni librorum latinorum operam darent, fuit res rustica ejusque ratio et doctrina, in qua Graeci parum, Romani plurimum profecerant. Hinc factum est, ut geoponici quos dicunt scriptores et hippiatrici libros de re rustica latine scriptos ad praecepta agriculturae penitus cognoscenda adhiberent. *Apsyrtus* certe veterinarius doctissimus, Constantino Magno aequalis [53]), in componendis Hippiatricis M. Terentii Varronis libro de re rustica ita usus est, ut unum ejus locum, nomine tamen auctoris non indicato, graece redditum scriptis suis insereret. Legitur locus his verbis:

Varro de re rustica II, 7.

§. 4. Forma esse oportet magnitudine media, quod nec vastas, nec minutas decet esse equas, clunibus ac ventribus latis.

§. 1. Videndum ne sint minores trimae, maiores decem annorum.

§. 4. Equos, ad admissuram quos velis habere, legere oportet amplo corpore, formosos, nulla parte corporis inter se non congruenti.

§. 7. Horum feturae initium admissionis facere oportet ab aequinoctio verno ad solstitium, ut partus idoneo tempore fiat. duodecimo enim mense die decimo aiunt nasci. quae post tempus nascuntur, fere vitiosa atque inutilia existunt.

Geoponicà XVI, 1.

Τὰς θηλείας ἵππους, ἐξ ὧν πωλοτροφήσομεν, εἶναι χρὴ εὐπαγεῖς καὶ μέγεθος ἐχούσας ἱκανὸν καὶ ὡραίας ἰδεῖν, πλάτος τε ἔχειν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κοιλίας καὶ κατὰ τὰς λαγόνας. Τῷ δὲ χρόνῳ μήτε νεωτέρας ἐτῶν γ΄, μήτε πρεσβυτέρας ἐτῶν ι΄. Τὸν δὲ ἵππον τὸν πρὸς ὀχείαν χρὴ εἶναι τῇ περιοχῇ τοῦ σώματος μέγαν, εὐπαγῆ πᾶσι τοῖς μέρεσι. Καιρὸς δὲ τοῦ βιβάζειν ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς, τουτέστιν ἀπὸ κβ΄ Μαρτίου ἕως κβ΄ Ἰουνίου, ἵνα ὁ τοκετὸς γένηται περὶ τὴν εὐκρατωτάτην ὥραν τοῦ ἔτους καὶ χλόην ἔχουσαν. φέρει γὰρ κατὰ γαστρὸς ἡ ἵππος μῆνας ιά καὶ ἡμέρας ι΄· τὰ δὲ μετὰ τροπὰς θερινὰς κυϊσκόμενα δυςγενῆ γίνεται καὶ ἄχρεια. Ἀποστατέον δὲ τὸν ἵππον κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὀχείας ἀπὸ τῶν ἔργων·

[52]) Cf. et V, 17 cum Rufin. II, 29. Alio autem loco (II, 1) errores Rufini notat et correxit.

[53]) De Apsyrto Prusaeensi cf. Suidam s. v., Eudociam p. 65, quae fere eadem habet, Fabric. Bibl. Gr. T. VI p. 494 (T. VIII p. 10. Harl.), Needham et Niclas. Praef. Geopon p. L, Schneider ad Veget. p. 16. 22 et K. Sprengelii Gesch. d. Arzneik. T. II p. 306. Sprengelius frustra Apsyrtum seculo septimo post Christum floruisse probare studet; sub Constantino enim Magno, quem Suidas simpliciter regem nominat, Apsyrtus ad Istrum in Scythia contra Gothos et Sarmatas (Hippiat. Praef. I et 33 p. 113) militavit a. CCCXXV — CCCXXXII; cf. Zosim. II, 21, Eutrop. X, 7 et Victor. Caes. 41, 12. Laudat Apsyrtus Eumelum quendam veterinarium (Hippiatr. 10 p. 38. 39) et Hippocratem veterinarium sibi aequalem ibid. 12 p. 50; ipse vero laudatur a Theomnesto, cf. Hippiat. 69 p. 190, et saepissime ab Hierocle; cf. Hippiat. 2 p. 15; 9 p. 38; 10 p. 40 etc.

Digitized by Google

§. 8. Admittere oportet, cum tempus anni venerit, bis in die, mane et vesperi per origam.

§. 10. Cum conceperunt equae, videndum ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis locis sint, quod algor maxime praegnantibus obest.

§. 8. Si fastidium saliendi est, scillae[55]) *medium conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem, tum ea re naturam equae, cum menses ferunt, tangunt, contra ab locis equae nares equi tangunt.*

§. 5. Qualis futurus sit equus, e pullo conjectari potest, si caput habet non magnum, nec membris confusis, si est oculis nigris, naribus non angustis, auribus applicatis,[56]) *non angusta, juba crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis, implicata*[57]) *in dexteriorem partem cervicis, pectus latum et plenum, humeris latis, ventre modico, lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maxime duplici, sin minus, non exstanti, coda ampla, subcrispa, cruribus rectis, aequalibus, potius figura altis, genibus rotundis, nec magnis, nec introversus spectantibus, ungulis duris.*

βιβάζειν δὲ χρὴ μὴ πολλάκις τῆς ἡμέρας ἀλλὰ δὶς μόνον, πρωῒ καὶ δείλης· ἐὰν δὲ ἅπαξ βιβασθεῖσα μὴ προσίῃ τὸν ἄῤῥενα, μετὰ ι ἡμέρας πάλιν προσακτέον αὐτῇ· ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτω προσδέξηται, ἀποχωριστέον αὐτήν, ὡς ἤδη συνειληφυῖαν. Ὅταν δὲ συλλάβωσι, προνοητέον ὅπως μὴ μοχθῶσι[54]) πλέον τοῦ δέοντος, μηδὲ ψυχροῖς διαναπαύωνται τόποις· ἐναντιοῦται γὰρ ταῖς κυούσαις τὸ ψῦχος. Τοὺς δὲ ἄῤῥενας προθύμως περὶ τὴν ὀχείαν ποιήσομεν τοῖς ἀπομάγμασι τοῖς τῆς φύσεως τῆς θηλείας περιχρίοντες αὐτῶν τὰς ῥῖνας. Τὸν δὲ πῶλον τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν διαγνωσόμεθα οὕτως ἀπὸ τῶν ψυχικῶν καὶ σωματικῶν ἀρετῶν, οἷον ἀπὸ μὲν τοῦ σώματος. Τὴν κεφαλὴν ἔχει μικράν, ὄμμα μέλαν, ῥῖνας μὴ συμπεπτωκυίας, ὦτα προσεσταλμένα, τράχηλον ἁπαλόν, χαίτην βαθεῖαν, οὐλοτέραν, βραχὺ κεκλιμένην ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῦ αὐχένος, στῆθος εὐρύ, μεμυωμένον, ὠμοπλάτας μεγάλας, βραχίονας ὀρθούς, κοιλίαν εὔογκον, διδύμους μικρούς, ῥάχιν μάλιστα μὲν διπλῆν, εἰ δὲ μή γε κυρτήν, οὐρὰν μεγάλην, οὐλότριχον, σκέλη ὀρθά, μηροὺς μεμυωμένους, ὁπλὴν εὐπερίγραφον καὶ πάντοθεν ὁμαλῶς συμπεπηγυῖαν, βάτραχον μικρόν, ὄνυχα στερεόν.

Qui locus sane probat Apsyrtum sua ex M. Terentio Varrone vel ipsum transtulisse, vel ab alio graece conversa mutuatum esse, non, ut supra p. 21 dixi, ex eodem fonte cum Varrone hausisse; sed praeterquam quod nonnulla (fortasse non intellecta, ut §. 8 *origa*) in graecum versa non sunt, interpres alia (v. c. *solstitium*) verbis circumscripsit, alia de suo et interdum inepte (e. g. quae de laboribus equarum fetarum dicta sunt) addidit, alia in alium ordinem redegit. Judicare autem ea de re dubium est, quum non constet, quantum in his Apsyrto, qui scripsit, et quantum Cassiano Basso, qui eadem collegit, debeamus. Accedit quod Apsyrtus in Hippiatricis vocabula aliquot latina morborum veterinariorum habet; ita commemorat 1 p. 10 morbum, ὃ *καλοῦσιν οἱ πολλοὶ*

[54]) Mss. μοχθῶσι.

[55]) Eadem fere, sed de tauris habent Geopon. XVII, 5 ex Quintiliis scriptoribus; cf. et Colum. II, 27, 10.

[56]) Schneider de suo addit *cervice molli*. V. *angusta* corruptum videtur; fort. pro *angustis*.

[57]) An *inclinata*?

Digitized by Google

μᾶλιν, τινὲς δὲ κατάῤῥουν, ῥωμαϊστὶ δὲ σουμπέριον[58]); 51 p. 156 *ῥεύματα εἰς τὰ γόνατα ἐμπίπτοντα, ἅτινα ῥωμαϊστὶ λέγεται φλιμέλια*[59]); 52 p. 158 *ῥεύματα ἐμπίπτει εἰς τοὺς πόδας, ἅ τινες εἶπον σεῖρας, ἕτεροι δὲ χιράματα*[60]), *ἐξ οὗ λέγεται σειριᾶν αὐτοὺς τοὺς πόδας, ῥωμαϊστὶ δὲ λέγεται σουφράγενα*[61]), et 97 p. 229 *περιττώματα δὲ λέγεται, ὃ ῥωμαϊστὶ καλοῦσι φαλκίνηνα*[62])· *εἰσὶ δὲ ἐκβολαὶ ἐν τῷ σώματι ὅμοιαι δοθιῆσι*[63]) *καὶ μείζονες, καὶ πυοῦνται καὶ ἔκρηξιν λαμβάνουσιν αὐτόματοι.* Ex quibus, quum nullum morbi nomen latinum recte sit scriptum, quod ab ipso Apsyrto factum esse ostendit Hierocles, totus ex Apsyrto pendens et ipse 51 p. 157 v. *φλιμέλιον* pro *φλέμινα* falso exhibens, augurari licet Apsyrtum, sermonis latini ignarum[64]), verba illa Varronis e libro graece scripto, fortasse ex *Didymo* Alexandrino, sumsisse. Is enim Suida teste XV libros Georgicorum scripsit, quorum fragmenta supersunt in Geoponicis, cum Varronianis passim ad verbum congruentia[65]).

Varro de R. R. II, 2, 13.	*Didymus in Geopon. XVIII, 3, 1.*
Arietes, quibus sis usurus ad feturam, bimestri tempore ante secernendum et largius pabulo explendum.	*Τοὺς κριοὺς πρὸ δύο μηνῶν τῆς ὀχείας χωριστέον καὶ δαψιλεστέρᾳ τροφῇ χρηστέον.*
Varro de R. R. II, 11, 15.	*Didymus in Geopon. ibid. 8.*
Agni discernuntur, ne noctu a matribus conculcentur.	*Τὰ δὲ τεχθέντα μετὰ τὸ πληρωθῆναι τοῦ γάλακτος καταμόνας αὐλιστέον· συναυλιζόμενα γὰρ ταῖς τεκούσαις συμπατεῖται.*
Varro ibid. 7.	*Didymus XVIII, 8, 2.*
Si qua in tonsura plagam accepit, eum locum oblinunt pice liquida. Tonsas recentes eodem die perungunt vino et oleo.	*Τὰ δὲ ἐν τῷ κείρεσθαι συμβάντα τραύματα χριστέον ὑγροπίσσῃ, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα ἐλαίῳ μετὰ οἴνου.*
Varro ibid. 9.	*Didymus ibid. 4. 5.*
Dies ad eam rem sumuntur sereni, et iis id faciunt fere a quarta ad decimam	*Τηρεῖν δὲ χρή, ὅπως εὖ μεμαγμένα μετὰ πρώτην ὥραν ἀνεξηραμμένης τῆς ἐν τοῖς ἐρίοις*

58) Leg. *σουσπίριον* (suspirium); cf. Veget. Mulom. II, 10, 4. (I, 38).

59) Leg. *φλέμινα*; cf. Fest. p. 67 s. v. *flemina* et Plin. H. N. XXIV, 6.

60) Vocabulum lexicis deest.

61) Leg. *σουφράγινα* i. morbus suffraginum, vocabulum novum; cf. Columell. VI, 38, 2 *mula suffraginosa.*

62) Lege *φαρκίμινα*; cf. Veget. I, 7. 14 et III, 2.

63) Edit. *δοθῆσι.*

64) Inde confirmatur, quod Sprengel. l. l. II p. 310 et J. G. Schneider ad Script. Rei Rust. T. IV p. 17 opinantur, multa, quae apud Vegetium leguntur, ex Apsyrto in latinum esse translata, addito interdum ejus nomine; cf. Veget. II, 10, 11 (I, 38) cum Apsyrto 10 p. 39 Hipp.

65) Contra ex Didymo Palladius sua mutuatus est et latine vertit; cf. Pallad. III, 33, ubi Graecos commemorat, cum Geopon. IV, 14 etc.

Digitized by Google

horam, quoniam sole calidiore tonsa ex sudore ejus lana fit mollior et ponderosior et colore meliore.

διὰ νυκτὸς ἐπιπεσούσης δρόσου κείρηται, μᾶλλον ἐν ἡλίῳ· συνιδροῦντος γὰρ τοῦ κειρομένου ἀναλαμβάνεται ὁ ἱδρὼς ἐκ τῶν ἐρίων, καὶ εὐχρούστερα καὶ μαλακώτερα γίνεται.

Apsyrto aequalis *Fronto* [66]) quidam videtur vixisse et libros de re rustica graece scripsisse [67]). Ejus libri fragmenta aliquot supersunt in Geoponicis VII, 12. 22. XII, 10 et XIX, 2, quorum ultimum, iisdem fere verbis ex Varrone de re rust. II, 9, 3. 4 translatum, ita habet:

[Canes] facie debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus aut ravis, naribus congruentibus, labris subnigris aut rubicundis: .... [dentibus] acutis [68a]), quos habeant labro tectos; capitibus et auriculis magnis ac flaccis, crassis cervicibus ac collo, internodiis articulorum longis, cruribus rectis et potius varis quam vatiis, pedibus magnis et altis, qui ingredienti ei displodantur, digitis discretis, unguibus duris ac curvis: .... spina neque eminula, neque curva, cauda crassa, latratu gravi, hiatu magno, colore potissimum albo, quod in tenebris specie leonina.

Τῶν κυνῶν ἐγκρίνουσι τῶν μὲν ἀῤῥένων τοὺς μεγαλοφυεῖς τοῖς ὠσὶ καὶ τοῖς ὄγκοις, μελανοφθάλμους [68]), μυκτῆρα ὁμόχρουν ἔχοντας, χείλη μελανοῦντα ἢ ὑπέρυθρα καὶ ὀδόντας ὀξεῖς, μεγαλοκεφάλους, πλατυστέρνους, μακροκώλους, βραχίονας στερεοὺς καὶ παχεῖς ἔχοντας, σκέλη ὀρθά, εἰ δὲ μή, σκαμβότερα μᾶλλον ἢ βλαισά [69]), πόδας μεγάλους, ἐν δὲ τῷ ἐπιβαίνειν πλατυνομένους, δακτύλους διηρθρωμένους, ὄνυχας κεκυρτωμένους, ῥάχιν εὐθεῖαν ἕως τῆς οὐρᾶς· τὴν δὲ οὐρὰν παχεῖαν, ἀπὸ τῆς ἐκφύσεως μειουρίζουσαν ὅλην, ὕλαγμα ἔχοντας βαρύτατον, χρώμασι λευκοὺς καὶ μάλιστα τοὺς ἀκολουθοῦντας τοῖς ποιμνίοις, χαροποὺς τοῖς ὄμμασι καὶ λεοντοειδεῖς, ἄν τε δασεῖς τυγχάνωσιν ὄντες, ἄν τε ψιλοί. ἐγκρίνουσι δὲ καὶ τοὺς μέγα τὸ χάσμα ἔχοντας, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς πολυαυχένας καὶ παχυτραχήλους.

Quae verba ostendunt Frontonem nonnulla, ab ipso fortasse non intellecta (v. c. quae de *labris resimis*, de *solo* et de *feminibus* leguntur), omisisse, alia in brevius coegisse, in universum vero Varroniana satis recte, neque tamen ad verbum expressisse [70]).

Eidem Apsyrto aetate par vel major *Eumelus*, veterinarius Thebanus [71]), quem

[66]) Frontoni Valerio Apsyrtus cap. 68 Hippiatricorum inscripsit, eidem fortasse, qui ibidem c. 14 Caristanus nominatur; alius laudatur Ephesius hippiater, cui inscriptum est cap. 74 Hippiatricorum; c. 75 est Julius Fronto centurio.

[67]) Cf. Niebuhr Praef. M. Corn. Fronton. Reliq. p. XXXI.

[68]) MSS. aliquot μεγαλοφθάλμους.

[68a]) Scripsi *acutis* pro *acutos*.

[69]) In MSS. nonnullis est lacuna; fortasse scribendum ῥαιβά, nisi est error ipsius Frontonis.

[70]) Alios Varronis locos habes II, 9. 10. 12. 14, quos conf. cum Frontonianis in Geoponicis XIX, 2, 13. 11. 10.

[71]) Hippiat. 2 p. 12 et 10 p. 38.

Digitized by Google

Apsyrtus saepius laudat [72]), Columellae libris rusticis usus esse videtur. Exstant certe complures loci in Hippiatricis, qui si non ad verbum ex latino redditi sunt, simillimi tamen Columellae verbis apparent:

Columella VI, 30, 1.

Si sanis est macies, celerius torrefacto tritico quam ordeo reficitur; sed et vini potio danda est, deinde paulatim ejusmodi cibi subtrahendi immixtis ordeo furfuribus, dum consuescat faba et puro ordeo ali. Nec minus quotidie corpora pecudum quam hominum defricanda sunt: ac saepe plus prodest pressa manu subegisse terga, quam si largissime cibos praebeas. Multum autem refert, robur corporis ac pedum servare; quod utrumque custodiemus, si idoneis temporibus ad praesepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curaeque fuerit, ut stabulentur sicco loco, ne humore madescant ungulae.

Eumeli in Hippiatr. 68 p. 184.

Ἐὰν δίχα τινὸς ἀνωμαλίας ἴσχνωσις γένηται τοῖς ζῴοις σίτ καλῳ κριθαῖς πεφρυγμέναις ἀναληφθήσονται· πολλάκις δὲ καὶ οἶνος ἐν τῷ παρ᾽ αὐτῶν πινομένῳ [73]) ὕδατι μιγνύμενος, μέχρις οὗ τὴν κατὰ φύσιν ἀναλάβωσι ῥῶσιν, ὠφελήσει· τὰ δὲ τῶν τοιούτων σώματα πολλῆς τῆς τρίψεως δέονται, πρὸς τὸ δι᾽ αὐτῆς πλείονα τὴν ὄρεξιν τῆς τροφῆς λαμβάνειν· χρὴ δὲ καὶ ἐν τόπῳ ξηρῷ αὐτὰ ἵστασθαι· τοῦτο γὰρ καὶ τῷ σώματι καὶ τοῖς ὄνυξιν αὐτῶν συμβάλλεται.

Columella VI, 30, 8.

At si bilis molesta est jumento, venter intumescit nec emittit ventos; manus uncta inseritur alvo, et obsessi naturales exitus adaperiuntur, exemptoque stercore postea [76]) cunila bubula et herba pedicularis cum sale trita et decocta melli miscentur, atque ita facta collyria subjiciuntur, quae ventrem movent bilemque omnem deducunt. Quidam myrrhae tritae quadrantem cum hemina vini faucibus infundunt et anum liquida pice oblinunt; alii marina aqua lavant alvum, alii recenti muria.

Eumeli [74]) in Hippiatr. p. 202.

Ἐπαχθὴς [75]) χολὴ διὰ τῆς κατὰ γαστέρα φλεγμονῆς διαγινώσκεται· δεῖ τοίνυν ἐμβάλλοντα τὴν χεῖρα τὴν κόπρον ἀφέλκειν ἔξω καὶ μετὰ ταῦτα ὀρίγανον ἀγρίαν καὶ ἀγριοσταφίδα καὶ ἅλας [77]) λεπτὸν μετὰ μέλιτος ἑψημένου μῖξαι καὶ ποιήσαντα κολλύρια ἐμβαλεῖν· τοῦτο καὶ κοιλίαν καθαίρει καὶ τὴν χολὴν ὑπάγει· τινὲς δὲ σμύρνης λελειωμένης γο γ′ [78]) μετὰ οἴνου εἰς τὸν λαιμὸν ἐμβάλλουσιν καὶ τὸν δακτύλιον πίσσῃ ὑγρᾷ ἀλείφουσιν· ἕτεροι δὲ θαλαττίῳ ὕδατι τὴν γαστέρα κλύζουσιν, ἄλλοι δὲ νεαρᾷ ἅλμῃ τὸ αὐτὸ πράττουσιν.

72) Hippiat. ll. ll.

73) Edit. πινομένων.

74) Inscribitur Εὐμήλου πρὸς χολέραν ἐπαχθῆ.

75) Edit. Ἐπαχθύς.

76) Vulg. *posita;* correxit Ursinus.

77) Schneider ἀλός; possis ἅλα, sed cf. Hippiat. 77 p. 209.

78) Edit. γο̄ γ̄, Schneider γό γ; sed cf. H. Stephan. s. v. γο i. uncia. Excidisse videtur ἡμίνας post μετά.

His adde quae leguntur in Hippiatricis c. 11 p. 47 et c. 22 p. 73, quibuscum conferas verba Columellae VI, 33, 1 et 31, 1. Quae docent verba Columellae ab Eumelo hic illic aucta et in formulis, non in ceteris orationis partibus, ita esse in latinum conversa, ut is latina satis superque calluisse dici possit.

Quod de *Pelagonio* eodemque hippiatro dubius affirmaverim. Is enim, quem haud multo post Apsyrtum floruisse putant [79]), ut Codex Bobiensis rescriptus seculi quarti quintive ostendit [80]), procul dubio scriptor graecus [81]), cujus fragmenta passim in Hippiatricis leguntur, familiaritatem quandam cum viris romanis contraxisse neque linguae latinae ignarus fuisse videtur; sed neque morbum herbamve latine appellat, immo c. 69 p. 191 Hipp. περδίκιον herbam, nomine latino, ut apud alios fit cf. supra p. 9, non addito, simpliciter laudat, neque locum ullius scriptoris romani, quantum sciam, latine conversum habet. Vegetius autem sua ex Pelagonio, quem in prooemio nominat, hausit.

Accedimus ad *Sophronium* [82]), de quo Hieronymus [83]) haec scribit: *Sophronius, vir apprime eruditus, — de virginitate quoque ad Eustochium et vitam Hilarionis monachi opuscula mea in graecum eleganti sermone transtulit, psalterium quoque et prophetas* [84]*), quos nos de hebraeo in latinum vertimus.* Ex quibus corrigenda sunt, quae Schoellius [85]) cum aliis de toto testamento vetere, per Sophronium graece converso, habet. Interpretatio libri *de virginitate* intercidit; *vita Hilarionis*, quae inter epistolas [86]) Hieronymi legitur, graece reddita exstat teste J. A. Fabricio [87]) in manuscriptis, qui exhibent Hieronymi monachi cujusdam Dalmatici nomen, a S. Hieronymo, ut videtur, assumtum, quippe qui vitas Hilarionis, Pauli [88]) eremitae et Malchi, a S. Hieronymo scriptas et a Sophronio graece conversas, contineant. Vitam Hilarionis graecam reperire non poteram; quae inter vitas Simeonis Metaphrastae legitur incipiens: *Ἐν Παλαιστίνῃ πόλις ἐστὶν οὐκ ἔλαττον ἢ πέντε καὶ τεσσαράκοντα σταδίους ἀπέχουσα Γάζης· αὕτη κ. τ. λ.* [89]) propter multa, quae recedunt a vita Hieronymiana [90]), neque a Sophronio, neque omnino conversa est. Vita Pauli eremitae incipit: *Ἐν πολλοῖς πολλάκις ζήτη-*

[79]) Osannus in Dissertat. gratulatoria, Giessae 1843 edita, p. 19.

[80]) Cf. Eichenfeld in Wien. Jahrb. XXVI Notit. p. 25.

[81]) Quod J. G. Schneiderus ad Veget. Praef. §. 6 p. 24 indicaverat, id argumentis probare studuit cum Hieron. Molino Osannus meus l. l. p. 10 sqq.

[82]) Cf. de eo Cave de script. eccles. Tom. I p. 285.

[83]) De vir. illustr. c. 134.

[84]) Supersunt praeter alia Psalmi et Hiob; cf. Fabric. B. Gr. T. II p. 360 (T. III p. 717. Harl.).

[85]) Gesch. d. griech. Lit. T. II p. 304.

[86]) III, 2 (al. Epist. 51).

[87]) B. Gr. T. VIII p. 376 (T. IX p. 297 Harl.).

[88]) Hieron. Epist. III, 1. 3 (al. Epist. 50. 52).

[89]) Fabric. B. Gr. T. VIII p. 374 (T. IX p. 294 Harl.) et T. IX p. 83 (T. X p. 235 Harl.) et Lambec. Comment. de bibl. Vindob. VIII p. 539. 552 et 557 ed. Kollar.

[90]) Incipit ea: *Hilarion, ortus vico Tabatha, qui circiter quinque millia a Gaza urbe Palaestinae ad Austrum situs est, cum haberet parentes idolis deditos, rosa, ut dicitur, de spinis floruit.*

Digitized by Google

σις [91]), apud S. Hieronymum: *Inter multos saepe dubitatum est.* Porro Sophronii cujusdam, quem Harlesius [92]) amicum Hieronymi fuisse putat, glossae hebraice, graece et latine compositae expositaeque in Cod. Nr. 2331 bibliothecae publicae Cantabrigiensis servantur. Fragmenta psalterii et prophetarum, a Sophronio graece redditorum, sub nomine Syri [93]) i. Hieronymi, collecta [94]) per Montefalconium in editione hexaplorum Origenianorum, viri docti [95]) nobis superesse putant; et sane graeca Syri, quem dicunt, cum latinis Hieronymi fere semper vel in singulis verbis congruunt.

Psalm. X.

Quia laudavit impius desiderium animae suae et avarus applaudens sibi blasphemavit dominum.	3. Ὅτι [96]) αἰνέσας παράνομος κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ πλεονέκτης εὐλογήσας παρώξυνε τὸν κύριον.
Secundum altitudinem furoris sui non requiret.	4. Κατὰ μετεωρισμὸν θυμοῦ αὐτοῦ οὐ μὴ ἐκζητήσῃ.
Loquitur in corde suo: non movebor in generatione et generatione, ero sine malo.	6. Λέγων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· οὐ περιτραπήσομαι εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, οὔτε ἔσομαι ἐν κακώσει.
Vides, quia tu laborem et furorem respicis.	14. Ὁρᾷς ὅτι σὺ πόνον καὶ παροργισμὸν ἐποπτεύεις.
Quaeres impietatem ejus et non invenies.	15. Ἐκζητηθήσεται ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ, ἵνα μὴ εὑρεθῇ αὐτός.
Praeparasti, ut cor eorum audiat auris tua.	17. Ἑτοιμάσεις καρδίας αὐτῶν προςέχειν οὖς σου.

Psalm. XIX, 5.

Soli posuit tabernaculum in eis.	Ἐν αὐτοῖς ἔθετο τοῦ ἡλίου τὸ σκήνωμα.

Psalm. XXXII.

Quia tacui, attrita sunt ossa mea in rugitu meo tota die.	3. Ὅτι ἀπεσιώπησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου ἀπὸ τοῦ ὀδύρεσθαί με πᾶσαν ἡμέραν.

[91]) Cf. Montfauc. Bibl. Coislin. p. 399 et Fabric. l. l. T. IX p. 132 (T. X p. 307 Harl.). Sophronium vero interpretem esse Cod. Norfolkianus Nr. 553 quodammodo confirmat, in quo legitur *S. Hieronymus de monachis aegyptiacis graece conversus;* cf. Harl. ad Fabric. B. Gr. T. IX p. 160 et T. X p. 103.

[92]) Ad Fabr. B. Gr. T. IX p. 168.

[93]) Causam, cur ita sit dictus, explicare studet J. G. Eichhorn Introd. in Vet. Testam. I p. 414.

[94]) Exstant fragmenta apud Diodorum Tarsensem, Eusebium Emesenum, Theodoretum, alios; cf. Eichhorn l. l. p. 413.

[95]) Joh. Chr. Doederlein *(Quis sit Syrus V. T. interpres Altorfi 1772, 4)*, Eichhorn l. l., Schöllius l. l.

[96]) Cf. Origenis Hexapla ed. Montfauc. Tom. I p. 485 et 511.

Digitized by Google

Versatus sum in miseria mea, cum exardesceret aestas.

Dixi: confitebor scelus meum domino.

4. *Μετεστράφη μοι εἰς διαφθορὰν ὡς καῦσος θερινόν.*

5. *Εἶπα· ἀγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ κυρίῳ.*

In quibus plerumque verba verbis respondere vides; nihilominus et singula mirum in modum recedunt, ita ut graecus interpres latino meliora interdum praebeat. Sed jam alii [97]), num Sophronius nomine Syri indicetur, dubitarunt, nec mea quidem sententia res ad liquidum perduci poterit, nisi forte ope Procopii Gazaei et Hesychii presbyteri Hierosolymitani, qui in commentariis suis S. Scripturae complures conversionis Sophronianae locos habere dicuntur [98]).

Circumfertur porro liber Hieronymi *de viris illustribus* sive *de scriptoribus ecclesiasticis*, a Sophronio graece expressus, cujus initium hoc est:

Hieronymus Dextro.

Hortaris, Dexter, ut Tranquillum sequens, ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, et quod ille in enumerandis gentilium literarum viris fecit illustribus, ego in nostris faciam, id est ut a passione Christi usque ad decimum quartum Theodosii imperatoris annum omnes, qui de scripturis sanctis memoriae aliquid prodiderunt, tibi breviter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud Graecos Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus doctus vir et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus; apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus et ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus. Sed non mea et illorum similis est conditio. Illi enim, veteres historias annalesque replicantes, potuerunt quasi de ingenti prato parvam opusculi sui coronam texere. Ego quid acturus sum, qui nullum praevium sequens pessimum,

Ἱερώνυμος Δέξτρῳ.

Προτρέπῃ, Δέξτρε, ὥστε Τραγκύλλῳ [99]) ἑπόμενόν με τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς συγγραφέας κατὰ τάξιν ἐκθέσθαι, καὶ ὅπερ ἐκεῖνος ἀπαριθμούμενος τοὺς περιφανεῖς ἄνδρας τοὺς τὰ ἐθνικὰ συντάξαντας πεποίηκε, κἀγὼ ἐν τοῖς ἡμετέροις ποιήσω, τοῦτ' ἐστὶν ἀπὸ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἄχρι τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, πάντας τοὺς ἐκ τῶν θείων γραφῶν συγγραψαμένους τι καὶ τῇ μνήμῃ παραδεδωκότας διὰ βραχέων φανερώσω. Πεποιήκασι μὲν οὖν τοῦτο αὐτὸ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν Ἕρμιππος περιπατητικός, Ἀντίγονος Καρύστιος, Σάτυρος ἀνὴρ πολυμαθὴς καὶ πολλῶν πάνυ διδασκαλικώτερος Ἀριστόξενος μουσικός. Παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις Βάῤῥων, Σάντρας, Νέπως, Ὑγῖνος καὶ οὗ εἰς ὑπόδειγμα ἡμᾶς προκαλεῖσθαι βούλει, Τράγκυλλος. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐμοῦ κἀκείνων ὁμοία ἡ αἵρεσις. Ἐκεῖνοι μὲν γάρ, παλαιὰς ἱστορίας καὶ τὰ ἑκάστου ἔτους ἀνακυλίοντες συντάγματα, ἐδυνήθησαν ὡσανεὶ ἐκ μεγάλου λειμῶ-

[97]) Fabric. B. Gr. T. II p. 360 (T. III p. 718 ed. Harl. ibique Scharfenberg).

[98]) Fabric. B. Gr. T. II p. 360 (T. III p. 717. Harl.).

[99]) Edit. Erasmi (1529) h. l. et infra *Τραγκύλῳ*.

Digitized by Google

ut dicitur, magistrum memet ipsum habeo? quamquam Eusebius Pamphili in decem ecclesiasticae historiae libris maximo nobis adjumento fuerit, et singulorum, de quibus scripturi sumus, volumina aetates auctorum suorum saepe testantur.

νος ἐλάχιστον γοῦν τοῦ οἰκείου ἔργου στέφανον πλέξαι. Ἐγὼ δὲ τί διαπράξομαι ἡγουμένῳ ἑπόμενος οὐδενί, ἀλλ᾿ ἐμαυτὸν κάκιστον, ὡς ὁ λόγος φησί, διδάσκαλον ἔχων· εἰ καὶ τὰ μάλιστα Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου εἰς δέκα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας βίβλους μεγίστην ἡμῖν παρέσχετο βοήθειαν, καὶ τὰ ἑκάστου, περὶ ὧν συγγράφειν μέλλομεν, τεύχη ὑπὲρ τῶν οἰκείων τὴν μαρτυρίαν παρέξουσι χρόνων.

Jam inter veteres philologos de genuino libri interprete lis exorta fuit [100]), quorum alii, ut Jsaacus Vossius [101]), omnem antiquitatis habitum interpretationi demere volunt, quum tamen Suidas complures ejus locos ad verbum laudet [102]), alii, ut Huetius [103]), Sophronium *fide et diligenter* latina in graecum convertisse aiunt. Ego Joh. Andr. Bosio [104]) aliisque assentior, qui verba translata Sophronio indigna esse judicant. Etenim quum Hieronymus libros suos a Sophronio eleganter esse redditos ipse testetur, in graecis contra parum nihilve elegantiae inveniri possit, immo plurima, nimis presse et cum taedio quodam translata, sint dura atque sinistra, neglecto sermonis graeci ingenio, ita ut latina tantum audire tibi videaris, et quum praeterea in singulis nonnulla exciderint, multa contra usum dicta sint, v. c. praepositiones, et tota scribendi ratio ab iis recedat Sophronianis, quae apud Ignatium, Hegesippum, Clementem, alios supersunt, hanc libri Hieronymiani conversionem a Sophronio esse factam negaverim [105]).

100) Cf. Fabric. Bibl. Gr. T. VIII p. 194 (T. IX p. 158 sqq. Harl.).

101) In notis ad Ignat. epist. ad Smyrnaeos p. 237 ita judicat: *Versio illa innumeris in locis non est graeca, innumeris quoque in locis male Hieronymi mentem expressit. Quidquid in Hieronymo est corruptum, eodem modo sese habet in graeco. Quaecunque in illo Hieronymi catalogo desunt, — desunt quoque in illo Pseudosophronio. — Sufficiat dixisse paraphrasin illam graecam, quae sub nomine Sophronii circumfertur, ubique esse falsam, ubique ineptam et ubique imposturam sapere.* Quae J. A. Fabricius Bibl. Ecclesiast. T. I p. 12 ex parte refutat, ostendens graeca hic illic latinis melius se habere, quibuscum cf. Bibl. Gr. T. VIII p. 196 (T. IX p. 159 Harl.).

102) Cf. v. *Φίλων Ἰουδ.* cum Hieron. c. 11; v. *Ἰοῦστος Τιβ.* cum Hieron. c. 14; v. *Πολύκαρπος* cum Hieron. c. 17 et decem alios locos, quos Index Küsteri v. *Sophronius* habet.

103) De clar. interpr. p. 215. Erasmus Roterod. ad Hieronym. de vir. illustr. p. 158 Sophronium vertisse hunc librum neque id sane infeliciter fecisse ait.

104) Introduct. in Notit. Scriptor. Ecclesiast. c. 3. Is largitur Is. Vossio conversionem nec valde antiquam esse, nec Sophronii, sed Suida vetustiorem, et assentientes habet Huet. l. l. et lib. I Origeniar. c. 2, Stephan. Monachus not. ad Var. sacra p. 418, Tillemont Hist. Eccles. T. XII p. 142 et alios.

105) De aetate interpretis nobis aliquid colligere licet ex eo, quod Anonymus Savilianus (cf. Chrysost. Opera T. VIII p. 293 ed. Savilii), qui post Constantinum Porphyrogenitum scripsisse fertur (Fabric. B. Gr. T. VII p. 557. Tom. VIII p. 458 Harl.), Sophronium nostrum, procul du-

Digitized by Google

Ad alium interpretem magis notum nobis est perventum, ad *Paeanium* [106]), a quo historiam romanam Eutropii graece conversam esse constat. Etenim pro necessitudine, quae tunc Graecis cum Romanis intercedebat, fieri non potuit, quin rerum a Romanis gestarum historia Graecis cognitu dignissima videretur. Et quum inter Graecos ipsos nemo esset, qui res romanas graece exponeret, neque multi eorum linguae latinae satis periti essent, Eutropium, quippe qui breviter satisque eleganter, prouti tunc erat recti venustique sensus, Romanorum facta enarrasset, graece convertendum elegerunt. Hinc duo prodierunt Eutropii interpretes, Paeanius atque Capito, quorum ille antiquior, cum Sapori et Ormisdae se aequalem fuisse ipse affirmet [107]), circa annum CCCLXXX floruisse videtur. Initium Eutropii ab eo conversi hoc est:

Cap. 1.

Romanum imperium, quo neque ab exordio ullum fere minus, neque incrementis toto orbe amplius humana potest memoria recordari, a Romulo exordium habet; qui Rheae Silviae Vestalis virginis filius et, quantum putatus est, Martis cum Remo fratre uno partu editus est. Is cum inter pastores latrocinaretur, octodecim annos natus urbem exiguam in Palatino monte constituit XI. Kal. Maji, Olympiadis sextae anno tertio, post Trojae excidium, ut qui plurimum minimumque tradunt, trecentesimo nonagesimo quarto. Condita civitate, quam ex nomine suo Romam vocavit, haec fere egit. Multitudinem finitimorum in

Κεφ. α'.

Τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἐν προοιμίοις οὐδὲν ἐγένετο μεῖόν τε καὶ ταπεινότερον· τῇ δὲ κατὰ μικρὸν αὐξήσει καὶ ταῖς ἀεὶ προςθήκαις κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν οὐδέν, οὔτε μεῖζον, οὔτε δυνατώτερον, ἡ μνήμη τῶν ἀνθρώπων φέρει· ταύτης τὴν πρώτην κρηπῖδα κατεβάλετο Ῥωμύλος, ὃς ἐκ Ῥέας Σιλβίας, οὕτω καλουμένης Ἑστιακῆς παρθένου, τῷ Ἄρει συνελθούσης, ὡς ὁ πολὺς κατεῖχε λόγος, ἐκ διδύμου γονῆς σὺν ἀδελφῷ Ῥέμῳ προῆλθεν εἰς φῶς. Οὗτος, ὀκτωκαίδεκα γεγονὼς ἔτη βίον τε ἔχων τοῖς ποιμέσι συλληστεύειν, ἐλάχιστόν τι πολίχνιον ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ Παλλαντίου κατεστήσατο πρώτῃ [108]) *τοῦ Μαΐου μηνός, ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης ὀλυμπιάδος, τῆς δὲ Ἰλίου καταστροφῆς κατὰ τοὺς τὸ πλεῖστόν τε καὶ ἐλάχιστον παραδεδωκότας ἔτει τετάρτῳ καὶ ἐννενηκοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ. Οἰκίσας δὲ τὴν πόλιν καὶ καλέσας αὐτὴν ἐξ αὐτοῦ Ῥώμην, πρῶτον μὲν πολὺ πλῆθος ἐκ τῶν περιοίκων εἰςεδέξατο,*

bio quod is Hieronymi catalogum, in quo c. CXXIX de Joanne Chrysostomo agitur, graece convertit, inter eos, quibus ipse usus est, laudat scriptores; cf. Fabric. B. Gr. l. l. p. 556. (p. 457 Harl.) et Lambec. Comentar. de bibl. Caesar. VIII p. 635 sqq.

[106]) Ita enim, non *Paeaniam*, quod nomen Suidas habet, scribendum esse Libanii epistola XCII, Stephanus Monachus Var. Sacr. p. 502 et analogia docent; cf. Tzschucke Praef. Eutrop. p. L.

[107]) IX, 24. *Πάππος δὲ ἦν οὗτος Σαπώρῃ τε καὶ Ὁρμίςδᾳ τοῖς εἰς τὴν ἡμετέραν ἡλικίαν ἀφικομένοις*; quae verba ab interprete, ut saepius, de suo addita in latinis non comparent.

[108]) In Cod. Eutropii, quem Paeanius habebat, numerus XI defuisse videtur.

Digitized by Google

civitatem recepit; centum ex senioribus elegit, quorum consilio omnia ageret, quos senatores nominavit propter senectutem. Tunc cum uxores ipse et populus suus non haberent, invitavit ad spectaculum ludorum vicinas nationes atque earum virgines rapuit. Commotis bellis propter raptarum injuriam, Caeninenses vicit, Antemnates, Crustuminos, Sabinos, Fidenates, Vejentes; haec omnia oppida urbem cingunt. Et cum orta subito tempestate non comparuisset, anno regni trigesimo septimo ad deos transisse creditus est et consecratus. Deinde Romae per quinos dies senatores imperaverunt; et his regnantibus annus unus completus est.

ἔπειτα δὲ τοὺς προβεβηκότας εἰς ἡλικίαν ἐκλεξάμενος, τούτους ἐπέστησε τοῖς λοιποῖς ἡγεμόνας τῶν πρακτέων, σενάτωρας αὐτοὺς καλέσας κατὰ τὴν Ἰταλῶν φωνήν· ἐπειδὴ σένης ἐκεῖνοι καλοῦσι τοὺς γέροντας, σύγκλητον δὲ Ἕλληνες ἐκάλεσαν τὸ συνέδριον ἐκ τοῦ πρότερον μὲν τοὺς βασιλεύοντας, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ὑπάτους συγκαλεῖν τε αὐτοὺς ἐπὶ τὰς βουλὰς καὶ τῶν ψήφων ποιεῖσθαι κυρίους. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὸ πλῆθος αὐξηθὲν ἤδη συνοίκων ἐστέρητο γυναικῶν καὶ φόβος ἦν ἐπιλιπεῖν τοὺς ἄνδρας, τέχνῃ δέδωκε διαδοχὴν τῷ γένει· παρακαλέσας γὰρ ὡς ἐπί τινα θέαν γειτνιῶντα τῶν ἐθνῶν, ἁρπαγὴν γενέσθαι παρεσκεύασε τῶν παρθένων, ἃς οἱ προκληθέντες ἐπὶ τὴν τέρψιν ἐπηγάγοντο. Καὶ τὰς μὲν ἔσχον γαμετὰς ἁρπάσαντες· πόλεμον δὲ τὸ ἔργον ἐκίνησεν, οὗ συστάντος ἡττῶνται Καινιναῖοι καὶ Ἀντεμνάται, Κρουστουμῖνοι, Σαβῖνοι, Φιδηνάται, Βέειοι· συνοικίαι δὲ ἦσαν αὗται καὶ κατ᾽ οἰκείαν ἀρχὴν ἑκάστη· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπολίσθησαν, καὶ ταύταις ἔτι καὶ νῦν ἡ Ῥώμη ταῖς πόλεσι περιεστεφάνωται. Τούτων οὕτω πραχθέντων χειμὼν ἐξαίφνης ἐπελθὼν ἀφανῆ τὸν Ῥωμύλον ἐποίησεν· ἐξ ἐκείνου δὲ εἰς τόδε πεπίστευται πρὸς θεοὺς ἀνειλῆφθαι. Καθιερώθη οὖν παρὰ τῶν ἀρχομένων ἔτη βασιλεύσας αὐτῶν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα· καὶ τέως μὲν τὴν πόλιν διεῖπον καὶ τὴν βασιλείαν ἐπετρόπευον οἱ καλούμενοι σενάτωρες ἐπὶ ἐνιαυτὸν ὅλον ἐξ ἀμοιβῆς δι᾽ ἡμερῶν πέντε τῆς ἐπιτροπείας ἀπ᾽ ἄλλων εἰς ἄλλους μεθισταμένης.

Paeanii liber, a compluribus sed seculi demum XII scriptoribus in usum adhibitus, v. c. a Zonara [109]), Nicephoro Gregora [110]) et Stephano Monacho [111]), non multum habet, quo se commendet. Praeterquam enim quod passim, ut VI, 9—11; VII, 3 et X, 12—18, fortasse librariorum incuria, mancus [112]) est, omnino potius paraphrasin, quam metaphrasin exhibet; etenim non modo verba Eutropii liberius exspatiatus pluribus circumscripsit et amplificavit [113]), sed etiam multa habet addita, quorum partem

[109]) Cf. Du Cange ad Zonar. XII, 31. T. II p. 27. Nam, quod apud Stephanum Byzantinum *Καρχηδών* commemoratur, ex eo colligi non potest, Paeanium Stephano cognitum fuisse; cf. supra p. 23 not. 268.

[110]) Orat. encom. in Constant. Magn.; apud Lambec. Comment. bibl. Caes. VIII p. 138, ubi locus ex Paeanii metaphrasi X, 4 laudatur.

[111]) Var. Sacr. Tom. I p. 502, qui verba Paeanii I, 4 affert.

[112]) Nescio an ea, quae desunt, ex Cod. Nr. CI seculi XVI in bibliotheca Monacensi suppleri possint; cf. Hardt in Aretini Catal. MSS. T. II p. 34.

[113]) Cf. I, 1. 11; VIII, 2. 3.

Digitized by Google

etiamsi pro glossis et scholiis fortasse ab alio in margine adjectam esse concesseris [114]), alia tamen ab ipso interprete, commodis usibusque popularium consulente, ut magistratus, mores ritusque Romanos suis explicaret, orta atque inserta [115]) esse apparet. Ex quibus compluria sane Eutropianis lucem afferunt, alia autem a mente hujus scriptoris prorsus recedunt, immo sententias pervertunt historiaeque imperitiam ostendunt, alia denique in brevius coacta omissave sunt [116]), inprimis nomina propria et numeri. Omnino interpres suspectae est fidei [117]) in convertendo neque satis diligens, dum saepius ab Eutropii oratione plus aequo deflectit [118]), multa, linguae latinae haud satis gnarus, male intellexit [119]) vel certe minus recte accurateque reddidit [120]). Scribendi vero ratio, qua usus est, si non concisa et luculenta, Sylburgio auctore, vel comta et pura, Cellario teste, certe perspicua et accommodata est, licet in usu singulorum verborum structurisque et in toto orationis habitu ab antiqua simplicitate et elegantia abhorreat. Unde factum esse videtur, ut Graeci in addiscenda lingua latina cognoscendaque historia Romanorum Capitonis potius Eutropio quam Paeanii uterentur. Nihilominus Paeanii liber haud inutilis est in recte constituendis interpretandisque Eutropii verbis [121]).

Post Paeanium [122]), ni fallor, neque tamen ultra seculum quintum, alter Eutropii interpres graecus vixit *Capito* Lycius; commemoratur certe idque saepius a Stephano Byzantino [123]). Capito, qui libros de rebus Isauricis de suo composuit, Eutropii historiam Suida teste [124]) in graecum convertisse fertur. Verba Suidae sane dubium excitant, cum Eutropius Livii historias excerpsisse ab eo dicatur, sed sive erravit Suidas in dijudicando Eutropii *breviario historiae Romanae* et Floro epitomatore, sive re vera epitome Livii ab Eutropio facta esse tunc putabatur, non est quod cum Sylburgio [125]) de Floro cogites Capitonisque conversionem in dubium voces. Etenim praeterquam quod nihil de Flori epitome Liviana graece conversa constat, non modo Stephanus Byzantinus et Joannes Malalas [126]) Capitonis interpretationem significare videntur, sed etiam Joannes Antiochenus [127]),

114) Cf. I, 9. 12. 13. 14. 17. 18. 20; II, 14. 18. 20 etc.

115) Cf. I, 1. 8. 11. 12 et Tzschucke p. LV.

116) Cf. I, 3. 6; III, 13; V, 1; VI, 16. 20; VII, 8. 13. 20; IX, 17.

117) Aliter judicat Schoell T. III p. 304.

118) Cf. inter multa alia VII, 21; VIII, 2. 6.

119) Cf. I, 9. 16. 19; II, 4. 8; IV, 5. 10; V, 2; VII, 5. 9. 10. 13. 14. 16 etc. et Tzschucke p. LVIII.

120) Cf. I, 10. 15 etc.

121) Cf. Huet. de clar. interpret. p. 216.

122) H. Valesius et Kusterus Capitonem Paeanio antiquiorem et Justiniano aequalem fuisse censent, hic ad Suidam v. *ἀμύσσειν*.

123) V. *Ἀκαρασσός, Ἀλίμαλα, Ἀρνεαί, Ἀρύκανδα* et aliis locis.

124) V. *Καπίτων* T. II p. 240. *Καπίτων. Λύκιος ἱστορικός· οὗτος ἔγραψεν Ἰσαυρικὰ βιβλία η'*, (Valesius conjecit *ιη'* propter Stephanum Byz. v. *Ψίμαδα*, ubi liber XV laudatur) *μετάφρασιν τῆς ἐπιτομῆς Εὐτροπίου, Ῥωμαϊστὶ ἐπιτεμόντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον, καὶ περὶ Λυκίας καὶ Παμφυλίας.* Verba repetiit Eudocia Violar. p. 267.

125) Ad Paeanium init. Suidas praeterea T. I p. 912 vitam Eutropii nobis servavit, solius apud eum scriptoris latini, si Suetonium exceperis.

126) Chronogr. VIII p. 267 Oxon. (p. 207 Dind.) *Εὐτρόπιος ὁ συγγραφεὺς Ῥωμαίων ἐν τῇ μεταφράσει αὐτοῦ*, et XIII p. 24 Oxon. (p. 334 Dind.)

127) Quem ab Joanne Malala certo distinguit Constant. Porphyrog. de virtut. et vit. p. 4 in Excerpt. Peiresc. ed. Vales.

Digitized by Google

qui latinae linguae ut puto ignarus, sua ex graecis tantum libris compilando Cassium Dionem, Plutarchum, Herodianum, Socratem et Eunapium, transscripsit, et Suidas, qui vel Joannem Antiochenum recoquit, vel, quod malim, sua ex ipso Capitone hausit, complures habent locos Eutropii, vel ex parte [128]) tantum, vel ad amussim [129]) latinis verbis respondentes et a graecis Paeanii plane diversos [130]). Quam rem primus indicavit Isaac. Casaubonus[131]), post eum Henr. Valesius [132]), neque ullus, quantum sciam, iis adversatus est. Mirum quidem videri possit, scriptorem non optimum bis conversum esse, sed nonne Capito, ubi de Paeanio nihil constabat, eundem laborem suscipere poterat? nonne meliora et praestantiora a se exhibitum iri sperare? Neque immerito, quemadmodum jam ex eo colligi potest, quod scriptores Capitonis potius interpretatione usi sunt, et ex fragmentis ipsis, quorum unum simul cum Paeanii verbis, ut comparari possint, hic exhibemus.

Capito [133]).

Ὅτι Μάρκος [134]) ἀνήρ, ὃν ἐκπλήττεσθαι σιωπῇ μᾶλλον ἢ ἐπαινεῖν ῥᾴδιον, οὐδενὸς λόγου ταῖς τοῦ ἀνδρὸς ἀρεταῖς ἐξισουμένου· ἐκ πρώτης γὰρ [135]) τῆς ἡλικίας εὐσταθῆ τε καὶ ἡσύχιον βίον ὑποστησάμενος, οὔτε κατὰ δέος, οὔτε καθ' ἡδονὴν τραπεὶς τὸ πρόσωπον ὤφθη πώποτε.

Eutropius VIII, 11. 12.

Post eum Marcus Antoninus solus rempublicam tenuit vir, quem mirari facilius quis, quam laudare possit. A principio vitae tranquillissimus, adeo ut ab infantia quoque vultum nec ex gaudio, nec ex moerore mutaverit.

Paeanius.

Μόνος τοίνυν ἔμεινεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἕτερος Ἀντωνῖνος Μάρκος, οὗ θαῦμα μόνον ἄξιον ἔχειν, οὐκ ἐπαίνους ἀπαριθμεῖν· ἐκ πρώτης γὰρ ἡλικίας ἥμερός τε ἐγένετο καὶ γαληνὸς ἰδεῖν, ὥστε μηδὲ παιδὸς ὄντος ἡδονὴν ἢ λύπην κατακρατῆσαι, μηδ' ἐξ ἑτέρου τούτων αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἀλλοιότερον φανῆναι.

[128]) Cf. Eutrop. II, 6 cum Suida T. I p. 147 v. *ἀμύσσειν*; Eutrop. IV, 7 cum Exc. Peir. p. 790 et Suida T. I p. 651 v. *Αἰμύλιος*; Eutrop. VI, 15 cum p. 797 et Suida T. II p. 459 v. *Λούκιος*; Eutrop. VII, 14 cum p. 810; Eutrop. VII, 19 cum p. 817 et Suid. T. I p. 431 v. *Βεσβεσιανός*; Eutrop. VIII, 7 cum p. 818 et Suida T. I p. 57 v. *Ἀδριανός*; Eutrop. VIII, 8 cum p. 818. 820 et Suida T. I p. 234 v. *Ἀντωνῖνος*; Eutrop. X, 10 cum p. 841.

[129]) Cf. Eutrop. I, 11 cum Exc. Peiresc. p. 786 sq. et Suida T. II p. 542 v. *μέταιτος*; Eutrop. III, 7 cum p. 788; Eutrop. VII, 11 cum p. 802 et Suida v. *Τιβέριος*; Eutrop. VII, 21 cum p. 817 et Suida T. III p. 488 v. *Τίτος*; Eutrop. IX, 14 cum p. 834 et Suida T. I p. 382 v. *Αὐρηλιανός*; Eutrop. IX, 23. 26 cum p. 834. 836 et Suida T. I p. 595 v. *Διοκλητιανός*; Eutrop. X, 1 cum p. 837; Eutrop. X, 6 sq. cum p. 839 et Eutrop. X, 15 cum p. 841.

[130]) Unde corrigendus est Lambecius in Commentar. de bibl. Vindob. VIII p. 145, qui Paeanium Capitonemque eundem esse putat.

[131]) Ad Vopisc. c. 37 p. 514.

[132]) Ad Excerpt. Peiresc. p. 115.

[133]) Servavit Joann. Antiochenus p. 821 sq., Exc. Peiresc. et Suidas v. *Μάρκος* T. II p. 501.

[134]) Suidas incip. *Μάρκος βασιλεὺς Ῥωμαίων· ὃν ἐκπλητ.* etc.

[135]) Suid. addit *ἤδη*.

Digitized by Google

Capito.

Ἐπῄνει δὲ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς· καὶ ἦν ἄρα ἐκείνων μιμητὴς οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν διαιτημάτων ἐπιτήδευσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν μαθημάτων σύλληψιν. Οὕτω γοῦν ἐκ νέας κομιδῆ τῆς ἡλικίας ἐξέλαμψεν[136]*), ὡς πολλάκις τὸν Ἀδριανὸν ἐπὶ τοῦτον ἐθελῆσαι τὸν τῆς βασιλείας ἀγαγεῖν κλῆρον. Ἐπεὶ δὲ ἔφθασε τὸν Εὐσεβῆ πρότερον κατὰ νόμον παῖδα ποιησάμενος, ἐκείνῳ μὲν τὴν ἑαυτοῦ διαδοχὴν ἐφύλαξε, τοῦτον δὲ συνοικεῖν ἔγνω διὰ τῆς ἐπιγαμίας τῷ Εὐσεβεῖ, ὡς ἂν κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν εἰς τὴν ἡγεμονίαν παρέλθοι· τὸν δὲ*[137]*) γοῦν ἰδιώτην βίον ἐν ἰσηγορίᾳ τοῖς πολλοῖς Ῥωμαίοις ἐβίω*[138]*), οὐδὲν τῇ ἐσποιήσει τοῦ βασιλείου*[139]*) γένους ἀλλοιωθείς. Καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, κατὰ μοναρχίαν ἐξηγούμενος καὶ τὴν ἄκραν δυναστείαν καρπούμενος, πρὸς οὐδεμίαν ἀλαζονείαν ὑπήχθη πώποτε· ἀλλ᾽ ἦν ἐλευθέριος μὲν*[140]*) καὶ δαψιλὴς ἐν τοῖς εὐεργετήμασιν, ἀγαθὸς δὲ καὶ μέτριος ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν διοικήσεσιν.*

Eutropius.

Philosophiae deditus Stoicae, ipse etiam non solum vitae moribus, sed etiam eruditione philosophus. Tantae admirationis adhuc juvenis, ut eum successorem paraverit Hadrianus relinquere, adoptato tamen Antonino Pio generum esse ei idcirco voluerit, ut hoc ordine ad imperium perveniret. Institutus est ad philosophiam per Apollonium Chalcedonium, ad scientiam literarum graecarum per Sextum Chaeronensem, Plutarchi nepotem. Latinas autem literas eum Fronto orator nobilissimus docuit. Hic cum omnibus Romae aequo jure egit, ad nullam insolentiam elatus imperii fastigio, liberalitatis promtissimae, provincias ingenti benignitate et moderatione tractavit.

Paeanius.

Φιλοσοφίας δὲ ἦν ἐραστὴς ὑπὸ τοῖς Στωϊκοῖς πεπαιδευμένος, ὥστε μὴ μόνον τὸ ἦθος οὕτως ἠσκῆσθαι τοῖς παραγγέλμασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν γλῶτταν ἐν τῇ λογικῇ τῶν ἄλλων πλέον ἔχειν. Οὕτω τε ἦν εὐκλεὴς ἔτι νέος, ὡς Ἀδριανὸν σκοπούμενον, ὅστις αὐτῷ διαδέξεται τὴν βασιλείαν, ἐπειδὴ προτιμᾶν ἠναγκάζετο τὸν Πίον, παῖδα αὐτῷ πεποιημένον, συνάψαι τοῦτον ἐκείνῳ διὰ τοῦ γάμου τῆς θυγατρός, ὅπως ἂν ἐπ᾽ αὐτὸν ἔκ τινος ἀκολουθίας ἡ βασιλεία κατενεχθῇ. Διδασκάλῳ δὲ ἐχρῆτο τῆς φιλοσοφίας μὲν Ἀπολλωνίῳ τῷ Χαλκηδονίῳ, ῥητορείας δέ, Ἑλληνικῆς μὲν Χαιρωνεῖ[141]*) τῷ Πλουτάρχου συγγενεῖ, τῆς Ἰταλῶν δὲ Φρόντωνι τῷ τότε*[142]*) ἀρίστῳ ῥητόρων. Ἐγένετο δὲ πάντων μάλιστα τῶν βασιλευσάντων τῆς ἰσότητος ἐραστής, πρὸς οὐδεμίαν ὑπεροψίαν ἀρθείς· καὶ μεγαλόδωρος δὲ ἦν καὶ τὰ τῶν ὑπηκόων ἐκ φιλαγαθίας διωκεῖτο.*

Ex quo apparet, quod jam Casaubonus, Henr. Valesius, Kusterus, alii senserunt, Eutropium Capitonis Paeaniano elegantiorem magisque graecum, sed minus ad verba fuisse expressum, apud Capitonem quoque alia omissa, alia addita esse et omnino, quantum ex particulis quae supersunt judicare licet, non tam singula verba verbis

[136]) Suid. Kusteri *ἐξέλαμπεν* vel *διέλαμπεν*.

[137]) Suid. *τε*.

[138]) Suid. Kusteri *ἐβίου*.

[139]) *βασιλείου* deest apud Suidam.

[140]) Suid. Kusteri *ἐλεύθερος* sine *μέν*.

[141]) Ita Havércamp. pro *Χεῤῥονήσῳ*.

[142]) Correxit Cellar. pro *τε*.

Digitized by Google

reddita, quam sententias in universum circumscribendo et amplificando esse translatas. Quod quum propter imperfectam linguae latinae scientiam factum esse videatur, inde explices, quod non omnia accurate intellecta apteque conversa [143]) et quod errores hic illic turpiter sunt commissi [144]). Attamen vel sic habet Capito, quo nobis placeat, graeco sermone satis bono usus et in constituendis Eutropii verbis adjumenta praebens [145]).

Apud *Hesychium* quoque (CCCC) nonnulla inveniuntur, quae vel ad linguam latinam, vel ad antiquitatem romanam spectent, sed praeterquam quod de auctore eorum dubitari potest, sunt pauca [146]) eaque non semper scite [147]) disputata. Unum invenitur vocabulum *vacantivi* (*βακαντίβοι*) i. vagi et errabundi apud *Synesium* [148]).

Porro apud *Theodoretum* [149]) Antiochenum, natum anno CCCLXXXXIII, denatum anno CCCCXXIII, episcopum Cyri in Syria et theologum praeclarum, qui historiae ecclesiasticae libros V supplementa Socratis scripsit, Anathematismi Damasi papae [150]), sive Confessio fidei catholicae, graece conversi leguntur, sed utrum ab ipso, an ab alio, quod malim, sint translati, non liquet. Ita incipiunt:

Professio [151]) fidei catholicae.

Quia post concilium Nicaenum is error inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere, Spiritum sanctum factum esse per Filium, anathematizamus eos, qui non tota libertate proclamant, eum cum Patre et Filio unius potestatis esse atque substantiae. Anathematizamus quoque eos, qui Sabellii sequuntur errorem, eundem dicentes

Ὁμολογία [152]) τῆς καθολικῆς πίστεως.

Ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον αὕτη ἡ πλάνη ἀνέκυψεν, ὥστε τολμᾶν τινας βεβήλῳ στόματι εἰπεῖν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον γεγενῆσθαι διὰ τοῦ υἱοῦ, ἀναθεματίζομεν τοὺς μὴ μετὰ πάσης ἐλευθερίας κηρύττοντας σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τε καὶ ἐξουσίας ὑπάρχειν τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ὁμοίως δὲ ἀναθεματίζομεν καὶ

[143]) Sic Eutrop. X, 15 verba *Nimium amicis* et *familiaribus credens, mox etiam uxoribus deditior* transtulit in Exc. Peiresc. p. 841 *τοῖς φίλοις τε καὶ οἰκείοις ἐς τὰ μάλιστα πιστός· ἀπό τε τῆς τοῦ ἤθους πρᾳότητος καὶ ταῖς οἰκείαις τῶν γυναικῶν παρὰ τοῦ μετρίου* (an *τὸ μέτριον?*) *κεχαρισμένος.*

[144]) Sic Eutrop. X, 16 verba *sororis filium, commodae indolis juvenem, interfecit,* graece reddidit p. 838 *τῆς ἀδελφῆς τὸν υἱὸν Κομμόδης δολοφονεῖ δόλῳ,* male intellectis vv. *commodae indolis* pro *Commodae in dolis.*

[145]) Cf. quae de Capitone disputant G. Voss. de hist. Graec. III, 4, Reines. Epist. ad Hofmann. 2 p. 9 et Tzschucke ad Eutrop. Praef. p. XLVI — L.

[146]) E. c. *Palilia, Dictator, custodia, contubernalis, centenaria, libra* etc.

[147]) Vide quae s. v. *Λυδοὶ* de origine v. *ludi* profert.

[148]) Epist. 67 p. 256 ed Paris. Idem vocabulum explicat Suidas v. *Βακαντίβος.*

[149]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. Vol. VII p. 430 (T. VIII p. 277 ed. Harl.).

[150]) Ab anno CCCLXVII — CCCLXXXIV. Scripsit anathematismos in concilio romano tertio, anno CCCLXXIII; cf. tamen Vales. ad Sozomen. Hist. Eccles. VI, 25.

[151]) Legitur Hahnio teste in Opp. Leonis M. Tom. II c. 55 ed. Quesnel; transscripsi ex Hahnii Biblioth. Symbolorum.

[152]) Theodoret. Hist. Eccl. V, II et inde in Coleti Concil. T. II p. 1063.

Digitized by Google

esse patrem, quem et Filium. Anathematizamus Arium atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium et Spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii stirpe venientes non perfidiam mutavere, sed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Hebionis haeresin instaurans Dominum Jesum Christum tantum ex Maria confitetur.

τοὺς τῇ Σαβελλίου ἀκολουθοῦντας πλάνῃ, τὸν αὐτὸν λέγοντας καὶ πατέρα εἶναι καὶ υἱόν. Ἀναθεματίζομεν Ἄρειον καὶ Εὐνόμιον, οἳ τῇ ἴσῃ δυσσεβείᾳ, εἰ καὶ τοῖς ῥήμασι διαφέροντα, τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίσμα εἶναι διϊσχυρίζονται. Ἀναθεματίζομεν τοὺς Μακεδονιανούς, οἵτινες ἐκ τῆς Ἀρείου ῥίζης καταγόμενοι οὐχὶ τὴν ἀσέβειαν, ἀλλὰ τὴν προσηγορίαν ἐνήλλαξαν. Ἀναθεματίζομεν Φωτεινόν, ὃς τὴν τοῦ Ἐβίωνος αἵρεσιν ἀνακαινίζων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μόνον ἐκ τῆς Μαρίας ὁμολογεῖ [153]).

Apud eundem Theodoretum invenitur et colloquium Constantii [154]) cum Liberio papa Mediolani latine procul dubio habitum; conversio nihil habet, quo ab aliis ejusmodi differat.

Tum *Salamanes Hermias Sozomenus* [155]), qui Constantinopoli scholasticus causas egit et anno circiter CCCCXLVIII historiam ecclesiasticam scripsit, duas habet Innocentii papae epistolas, unam [156]) ad Joannem Chrysostomum, alteram ad clerum Constantinopolitanum scriptam. Quas si accuratius perpendas, ex latino in graecum esse conversas, fortasse ab uno ex legatis Joannis ad Innocentium missis [157]) linguaeque latinae sine dubio gnaris, sive a Paulo, sive qui in epistola laudatur a Cyriaco, mihi quidem nunc propter latinum dicendi modum, in verbis graecis conspicuum, verisimile videtur. Idem Sozomenus, qui Hilarium propter facundiam latinam laudibus effert ejusque libros legisse videtur [158]), non modo Theodosii M. constitutionem, quae anno CCCLXXXI de fide catholica latine edita est [159]), graece conversam habet [160]), ita tamen ut praeter ordinem verborum mutatum alia omissa, alia addita sint, sed etiam epistolam Synodi romanae sive regulam Romae anno CCCLXIX vel CCCLXXII promulgatam, quam latine scriptam in Conciliis Coleti [161]) ex L. Holstenii Collectione Romana legimus. Epistolae, quae Damasi papae nomine praefixo apud Theodoretum [162]) quoque exstat, initium hoc est [163]):

153) Edit. Paris. ὡμολόγει.

154) II, 16.

155) Cf. de eo Fabric. Bibl. Gr. T. V p. 521 sqq. (T. VII p. 427 sq. Harl.).

156) Apud Sozomen. VIII, 26. 27 et apud Nicephorum Callisti XIII, 32.

157) Epist. Joann. Chrysostomi ad Innocentium in Sacrosanctis Conciliis ed. Colet. T. III p. 53. Fortasse Honorii quoque epistola de eadem re scripta, quae graeca legitur l. l. p. 74, ab eodem interprete translata est.

158) Hist. Eccles. III, 14 et 15.

159) Cf. Cod. Theodos. XVI, 1, 3.

160) Hist. Eccl. VII, 9; aliam Theodosii constitutionem de Arianis (Cod. Theodos. XVI, 1, 4) sibi cognitam fuisse ibidem ostendit.

161) Tom. II p. 1043.

162) Hist. Eccles. II, 17 (al. 22).

163) Sozomen. Hist. Eccl. VI, 23.

Digitized by Google

Confidimus quidem sanctitatem vestram, apostolorum instructione fundatam, eam tenere fidem eamque plebibus intimare, quae a majoribus institutis nulla ratione dissentiat. Neque enim aliter Dei sentire convenit sacerdotes, quorum pars est ceteros erudire. Sed Gallorum atque Venetensium fratrum relatione comperimus, nonnullos non haeresis studio (neque enim hoc tantum mali cadere in Dei antistites potest), sed inscitia vel ex simplicitate quadam scaevis interpretationibus aestuantes non satis dispicere, quae magis patrum nostrorum sit tenenda sententia, cum diversa consilia eorum auribus ingerantur. Denique Auxentium Mediolanensem hac praecipue causa damnatum esse perscribunt [173].

Πιστεύομεν τὴν ἁγίαν πίστιν ὑμῶν [164]*) τὴν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀποστόλων θεμελιωθεῖσαν ταύτην* [165]*) κατέχειν καὶ ταύτην τῷ λαῷ ὑφηγεῖσθαι, ἥτις ἀπὸ τῶν ὁρισθέντων παρὰ τῶν πατέρων οὐδενὶ λόγῳ διαφωνεῖ· οὐδὲ* [166]*) γὰρ ἄλλως ἁρμόζει διανοεῖσθαι τοὺς τοῦ Θεοῦ ἱερεῖς, ὑφ' ὧν δίκαιόν ἐστι τοὺς λοιποὺς* [167]*) παιδεύεσθαι· ἀλλὰ δι' ἀναφορᾶς τῶν ἐν Γαλλίᾳ καὶ Βενετίᾳ ἀδελφῶν ἔγνωμέν τινας αἵρεσιν σπουδάζειν· ὅπερ κακὸν οὐ μόνον παραφυλάττεσθαι ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἀπειρίᾳ τινῶν ἢ ἁπλότητι* [168]*) τῶν σκαιαῖς κεχρημένων ἑρμηνείαις γέγονεν, ἀνθίστασθαι ἀπὸ τοῦ νῦν διαφόροις διδασκαλίαις, διανοουμένους* [169]*) μὴ παρολισθαίνειν* [170]*), ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τῶν πατέρων ἡμῶν κατέχειν τὴν γνώμην, ὁσάκις ἂν διάφοροι* [171]*) βουλαὶ ταῖς ἀκοαῖς αὐτῶν ἐπεισφέρωνται. Τοιγαροῦν Αὐξέντιον τὸν Μεδιολάνου* [172]*) ἐξαιρέτως ἐν τούτῳ τῷ πράγματι κατακεκρίσθαι προγέγραπται.*

Vides in his nonnulla ab interprete graeco male intellecta vel etiam consulto esse mutata, quum epistola graeca, ut inscriptio docet, ad solos Illyrici episcopos, latina ad omnes Orientis episcopos sit scripta.

Sozomenus denique vel latina Rufini historia, vel interpretatione ejus graeca usus est, ita ut res ab eo narratas respiciat [174]), immo verba ipsa, quae Rufinus habet, interdum graece reddita retineat [175]), sed quod ab interpretibus tunc fieri solebat, et addendo et omittendo narrationem Rufini interpolaverit.

Exstitit olim teste Photio [176]) liber *τὰ μετὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου*, his incipiens verbis: *Τοὺς μὲν ἄλλους ἐπὶ τὸ συγγράφειν ὡρμημένους καὶ τῶν γενομένων τὰς ἱστορίας τῇ μνήμῃ παραπέμπειν ἐγνωκότας*, quem *Gelasius* episcopus

[164]) Sozom. et Theodoret. *ἡμῶν.*

[165]) Colet. addit *ὑμᾶς.*

[166]) *Οὐδὲ — τοὺς τοῦ* non sunt apud Theodoretum.

[167]) Sozom. *σοφούς.*

[168]) Sozom. *ἁπλότ. οἰκείαις ἑρμ. ἀνθίσταντο· ἀπὸ οὖν τῶν διαφόρους διδασκαλίας διανοουμένων* corrupte; pro *scaevis* interpres legisse videtur *suis.*

[169]) An *διανοούμενοι?*

[170]) Theodoret. *πάνυ ὀλισθ.* omisso *καὶ* in seqq.

[171]) Sozom. *διαφόροις βουλαῖς περιφέρ.*

[172]) Sozom. *Μεδιολάνων.*

[173]) Euagrius, Hilarius, alii.

[174]) Cf. Sozomen. II, 29; IV, 10; VII, 13. 22 cum Rufino II, 12; I, 18; II, 15. 16. 33.

[175]) Cf. Sozomen. I, 18; VI, 38 et VII, 15 cum Rufino I, 3; II, 6 et 22.

[176]) Cod. LXXXIX.

Digitized by Google

Caesareae Palaestinae, Cyrilli Hierosolymitani ex sorore filius, avunculi impulsu composuerat. Hunc librum non proprio Marte scriptum, sed ex Rufini Romani historia per eundem Cyrillum et Gelasium in linguam graecam esse translatum Photius se apud alios legisse addit, rem non dijudicans, sed in medio relinquens. Recte vero jam Fabricius [177]) monuit, id propter temporis rationem fieri non potuisse, quum Cyrillus anno CCCLXXXVI et Gelasius CCCLXXXXIV mortuus sit, Rufinus autem historiam suam anno circiter CCCC scripserit; accedit quod initium supra laudatum prorsus aliud est atque Rufinianum. Error fortasse inde est ortus, quod Gelasius Caesareensis et Rufinus, eandem rem aggressi, historiam rerum post Eusebium persecuti sunt, unde et explicandum est, quod alius Gelasius Cyzicenus [178]), Bithyniae episcopus, qui anno circiter CCCCLXXVI floruit [179]), in *Συντάγματι τῶν κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ ἁγίαν Σύνοδον πραχθέντων* Gelasium illum, ut puto, et Rufinum conjunctos [180]) nominat. Neque cum Fabricio [181]) utrumque Gelasiorum librum unum eundemque esse dixerim, ita ut prior partem hujus confecerit; Photius [182]) enim utramque historiam, quam ipse oculis lustravit, distinguit, neque initium illius libri in hoc, qui nobis superest, invenitur; sed Gelasius Cyzicenus, qui sua ex scriptoribus variis se hausisse dicit [183]), Gelasii quoque Caesareensis libro usus esse videtur.

Idem Cyzicenus se nonnulla ex Rufino presbytero Romano sumsisse ait [184]), neque tamen, ut opinor, ex ipso Rufino, sed ex aliis, qui Rufini historiam excerpserunt. Hinc factum esse arbitror, ut Rufinum, quem et concilio Nicaeno interfuisse falso dicit [185]), cum Gelasio Caesareensi confuderit [186]), et ut loci, quos pro Rufinianis laudat, alia atque in latinis contineant [187]), vel ex aliis scriptoribus transscripti sint [188]). Propterea

[177]) Bibl. Gr. T. VIII p. 371 (T. IX p. 290 Harl.); Fontanini vero in histor. literar. Aquilei. p. 350 Rufini interpretem putat esse Cyrillum Alexandrinum, qui primus ex Graecis Rufinum laudet, a Photio pro Cyrillo Hierosolymitano habitum.

[178]) Photius, errore inductus, Cod. LXXXVIII eundem episcopum Caesareae Palaestinae nominat. De Gelasio cf. Photii Bibl. 15. 88. 89. 102, Huet. de claris interpret. p. 219 sq., Cave Hist. lit. I p. 274, Fontanini Hist. liter. p. 348, Fabric. Bibl. Gr. T. VII p. 549 (Tom. VIII p. 445 Harl.) praeter locos supra commemoratos et Schoell Gesch. d. griech. Lit. T. III p. 309 not.

[179]) Fabric. B. Gr. T. XI p. 357 (T. XII p. 581 Harl.); cf. Gelasium in Collect. Concil. Colcti T. II p. 122.

[180]) Hist. Concil. Nic. 7 Tom. II p. 132 ed. Colet. *ὅγε μὴν Ῥουφῖνος ἤγουν Γελάσιος ταῦτα λέγει ὧδε*, ubi vv. *ἤγουν Γελάσιος* ab alio sunt addita; cf. tamen Photium l. l.

[181]) Bibl. Gr. T. VIII p. 371 (T. IX p. 290 Harl.).

[182]) l. l.

[183]) Gelas. Praefat. in Collect. Concil. Colet. Tom. II p. 122 et Fabric. l. l. T. IX p. 291. Idem laudat II, 32 Theodoretum.

[184]) Gelas. l. l. et I c. 1 p. 122, ubi censuram Rufini facit.

[185]) I prooem. p. 121, sed ibi fortasse legendum *καὶ τῶν* pro *τῶν καὶ*, ita ut alii (non Rufinus) concilio Nicaeno interfuisse significentur.

[186]) Cf. supra not. 180; verba enim *ἤγουν Γελάσιος* a correctore addita videntur.

[187]) Hist. Concil. Nicaen. I, 1 p. 124; 10 p. 141.

[188]) Ita locus, quem Gelas. Hist. Nic. c. 10 Rufini esse ait, iisdem fere verbis graece legitur apud Socratem Hist. Eccles. I, 3 et 4, et quae in

Digitized by Google

non est, cur Gelasius Cyzicenus Rufino in graecum converso usus fuisse dicendus sit. Nihilominus Rufini historiam ecclesiasticam nescio a quo graece redditam fuisse propter nexum ejus historiae cum Eusebiana verisimile est et colligitur ex verbis Photii supra laudatis. Rem vero quodammodo confirmat locus Rufini, in graecum translatus, qui Nicaeae ab Antonio [99]) monacho in concilio septimo oecumenico (DCCXXXVII) recitatus nobisque servatus ita habet.

Pergit [100]) *interea Eusebius Alexandriam ibique, confessorum concilio congregato, pauci numero sed fidei integritate et meritis multi, quo pacto post haereticorum procellas et perfidiae* [100a]) *turbines tranquillitas revocaretur ecclesiae, omni cura et libratione discutiunt. Aliis videbatur, fidei calore ferventibus, nullum debere ultra in sacerdotium recipi, qui se utcumque haereticae communionis contagione maculasset. Sed qui, imitantes Apostolum, quaerebant non quod sibi utile esset, sed quod pluribus, vel qui imitabantur* [101a]) *Christum, qui cum esset omnium vita, pro salute cunctorum humilians se descendit in mortem, quo scilicet inveniretur et in mortuis vita, dicebant melius esse humiliari paulum propter dejectos et inclinari propter elisos, ut eos rursus erigerent, nec sibimet solis puritatis merito coelorum regna defenderent, sed esse gloriosius, si cum pluribus illuc mererentur intrare. Et ideo rectum sibi videri, ut, tantum perfidiae autoribus amputatis, reliquis sacerdotibus daretur optio, si forte velint, abjurato errore perfidiae, ad fidem patrum statutaque converti, nec negare aditum redeuntibus, quin potius de eorum conversione gaudere, quia et ille evangelicus junior filius, paternae depopulator substan-*

Εὐσέβιος ἐν Ἀλεξανδρίᾳ γενόμενος εὑρίσκει σύνοδον κροτουμένην περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, ὀλίγων μὲν ὄντων τῶν συνελθόντων, χάριτι δὲ τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ ὁμολογίας τὰ μέγιστα πράττειν καὶ λέγειν δυναμένων. Ἔνιοι· γοῦν ζήλῳ τῆς εὐσεβείας ἔλεγον, μὴ θέμις [101]) *τοῖς δεξαμένοις Ἄρειον κοινωνεῖν, ἔνιοι δὲ ἐβουλεύοντο πάντας δέχεσθαι μετανοοῦντας καὶ ἀναθεματίζοντας, ἵνα μὴ πολλὰ πλήθη ἀνθρώπων ἀπόλωνται, λέγοντες ὅτι οὐκ ὀφείλομεν τὰ ἑαυτοῦ ἐπιζητεῖν, ἀλλὰ τὸ πολλοῖς συμφέρον, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ποιεῖ, σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα σώζῃ τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος· οὔτε γὰρ μόνοις ἡμῖν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν πρεςβεύειν ὀφείλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις πολλοῖς, ὅπως καὶ τὸν υἱὸν τὸν ἐν ἀσωτίᾳ βιώσαντα ὁ πατὴρ προςεδέξατο καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, τῆς ἱερωσύνης αὐτῷ μετεῖναι βουλόμενος, τὴν σφραγῖδα ἐν τῷ δακτυλίῳ δίδωσι καὶ τὴν στολὴν περιθέσθαι ποιεῖ.*

Concil. general. ed. Binian. Tom. III p. 306 Stephanus monachus ex historia Rufini recitasse fertur, leguntur apud eundem Socratem II, 27 et 38; sic et epistolae Constantini, quas Gelasius habet II, 36, apud Theodoret. Hist. I, 19 (20.)

[99]) Cf. Concil. ed. Colet. T. VIII p. 725. Verba autem graeca leguntur in Concil. general. ed. Binian. Tom. III p. 305. Exemplum Rufini graece redditi in bibliotheca Constantinopolitana asservatum fuisse testatur Anton. Verderius apud Lambec. Commentar. bibl. Caesar. T. I p. 149.

[100]) Rufin. I, 28.

[100a]) Edd. *per fidei.*

[101]) Fort. *θέμιν.*

[101a]) Edd. *imitarentur.*

tiae, in semet ipsum reversus, non solum suscipi meruit, sed et dignus paternis complexibus deputatur et annulum fidei recepit et stola circumdatur.

Ex quibus cognosces interpretem sententias potius consuetudini graecae tradidisse, quam singula verba graece reddidisse, compluria, ut ipse dicit, coartasse et obiter tantum rem tractasse.

Graecam vero linguam jam ante aetatem Justiniani pariter ac latinam in republica administranda et in rebus forensibus esse adhibitam, ut supra Dissert. I p. 22 not. 254 dixi, constitutiones complures latine simul et graece scriptae promulgataeque ostendunt [192]) verbis latinis ab interprete publico in graecum conversis. Sic [193]) anno CCCCXXXV Theodosius junior imperator, ut lex ab omnibus intelligi posset, bilinguem constitutionem et latine et graece promulgavit, quae ita habet [194]):

Imperator Theodosius A. Leontio PF. P.

Damnato portentosae superstitionis auctore Nestorio, nota congrui nominis ejus inuratur gregalibus, ne Christianorum appellatione abutantur, sed quemadmodum Ariani [196]) lege divae memoriae Constantini ob similitudinem impietatis Porphyriani a Porphyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariae sectae Nestorii Simoniani [197]) vocentur, ut cujus scelus sunt in deserendo deo imitati, ejus vocabulum jure videantur esse sortiti. Nec vero impios libros nefandi et sacrilegi [198]) Nestorii, adversus venerabilem orthodoxorum sectam de-

Ἀντίγραφον θείου νόμου κατὰ Νεστορίου.

Τὸ τῇ εὐσεβεστάτῃ θρησκείᾳ παρ᾽ ἡμῶν ὀφειλόμενον σέβας τοὺς περὶ τὸ θεῖον ἀσεβῶς ἔχοντας δίκαις τε ἀξίαις κολάζεσθαι καὶ ὀνόματι τῇ αὐτῶν φαυλότητι πρέποντι προσαγορεύεσθαι βούλεται, ὡς ἐν [195]) ὀνείδεσι προβληθέντες αἰώνιον ὑπομένοιεν τιμωρίαν τῶν ἁμαρτημάτων καὶ μήτε ζῶντας τιμωρίας, μήτε θανόντας ἀτιμίας ἐκτὸς ὑπάρχειν. Νεστορίου τοίνυν τοῦ τῆς τερατώδους διδασκαλίας ἡγεμόνος κατακεκριμένου λείπεται τοὺς ὁμογνώμονας αὐτοῦ καὶ τῆς ἀσεβείας κοινωνοὺς ὀνόματι περιλαβεῖν κατεγνωσμένῳ, ἵνα μὴ τῇ τῶν χριστιανῶν ἀποχρώμενοι προσηγορίᾳ τούτῳ ὀνόματι κοσμοῖντο, ὧν τοῦ δόγματος δυςσεβοῦντες ἐξέστησαν. Διὰ ταῦτα νομοθετοῦμεν τοὺς ἀπανταχοῦ τῆς Νεστορίου ἀθεμίτου δόξης κοινωνοὺς Σιμωνιανοὺς ὀνομάζεσθαι· προςήκει γὰρ τοὺς ἐν τῇ τοῦ θείου ἀπο-

192) Dirksen Civil. Abhandl. T. I p. 54 sqq., p. 68 et Antigraphum sequens in fine.

193) Exstat sane lex antiquior Flav. Valentiniani et Valentis AA. (365—373) de jure Nicaeensium, et latine et graece scripta, in Actis concilii Chalcedonensis T. IV p. 1635 ed. Colet., sed interpretatio graeca anno CCCCLI facta esse videtur.

194) Latine legitur in Cod. Theodos. XVI, 5, 66 et in Cod. Justin. I, 5, 6, graece in Sacrosanct. Concil. ed. Colet. T. III p. 1729.

195) Correxi ἐν pro ἄν.

196) Cod. Just. *ab Ario* ex glossa.

197) Cod. Just. *Nestoriani* male, ut nexus verborum *Ariani — Porphyriani*, Basilica (I, 1, 20, ubi cf. Heimbach.), interpretatio et res docent; significatur enim Simon Magus dei desertor; cf. Gothofr. et Ritter. ad Cod. Theodos. l. l.

198) Cod. Theodos. *nef. sacrilegii.*

Digitized by Google

cretaque sanctissimi coetus antistitum Ephesi habiti scriptos, habere aut legere aut describere quisquam audeat; quos diligenti studio requiri ac publice comburi decernimus, ita ut nemo in religionis disputatione aliquam supradicti [201]) *nominis faciat mentionem, aut quibusdam eorum habendi concilii gratia in aedibus aut villa aut suburbano suo aut alio quolibet loco conventiculum clam aut aperte praebeat. Quos omni* [202]) *conventus celebrandi licentia privari statuimus, scientibus universis violatorem hujus legis publicatione bonorum esse coërcendum. Dat. III Non. Aug. CP. DN. Theodosio A. XV et* [203]) *qui fuerit nunciatus.*

στροφῇ τὸ ἐκείνου μιμουμένους δυςσέβημα τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ κληροῦσθαι προσηγορίαν, ὃν τρόπον Ἀρειανοὶ νόμῳ τοῦ τῆς θείας λήξεως [199]) *Κωνσταντίνου Πορφυριανοὶ διὰ τὸ ὅμοιον τῆς ἀσεβείας ἐκ Πορφυρίου προσαγορεύονται, ὃς τὴν ἀληθῆ θρησκείαν ἐπιχειρήσας τῇ τοῦ λόγου δυνάμει καταγωνίσασθαι, βίβλους ἑαυτῷ* [199a]) *οὐ παιδεύσεως ὑπομνήματα καταλέλοιπε. Καὶ μηδένα τολμᾶν τὰς αὐτοῦ Νεστορίου τοῦ ἀθεμίτου τε καὶ ἱεροσύλου ἀσεβεῖς βίβλους περὶ τῆς εὐαγοῦς τῶν ὀρθοδόξων θρησκείας καὶ κατὰ τῶν δογμάτων τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῶν ἐπισκόπων ἁγίας συνόδου κατέχειν ἢ ἀναγινώσκειν ἢ μεταγράφειν* [200])· *ἃς δεῖ σπουδῇ πάσῃ ζητήσαντας δημοσίᾳ ἐμπίμπρασθαι· τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πάσης ἀσεβείας ῥιζόθεν ἐκκοπείσης τὸ ἁπλοῦν καὶ εὐαπάτητον πλῆθος οὐδὲν πλάνης σπέρμα εὑρεῖν ποτε δυνήσεται· μηδὲ μνήμην τῶν οὕτως ἀπολλυμένων ἀνθρώπων ἔν τινι τῆς θρησκείας διαλέξει ἑτέρῳ ἢ τῷ Σίμωνος ὀνόματι ποιεῖσθαι, ἢ οἰκίαν αὐτοῖς ἢ ἀγρὸν ἢ προάστειον ἢ ὀντιναοῦν ἄλλον τόπον συνόδου ἕνεκα λεληθότως ἢ φανερῶς παρασχεῖν. Τοὺς γὰρ τοιούτους ὁρίζομεν πάσης συνόδου ἀδείας στερίσκεσθαι προδήλου ὄντος ἅπασιν, ὡς ὁ παραβαίνων τε τὸν νόμον τοῦτον καὶ Νεστόριον μιμούμενος δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων τιμωρηθήσεται. Ἡ μεγίστη τοίνυν καὶ περιφανής σου* [204]) *ἐξουσία ταύτην ἡμῶν τὴν διάταξιν εἰς γνῶσιν ἁπάντων τῶν τὰς ἐπαρχίας οἰκούντων διατάγμασι συνήθως ἐλθεῖν παρασκευάσει· τὸν νόμον δὲ τοῦτον τῇ τε Ῥωμαίων τῇ τε Ἑλλήνων τεθείκαμεν γλώττῃ, ὡς πᾶσι σαφῆ καὶ γνώριμον εἶναι.*

In graecis deest et inscriptio et subscriptio, sed plura leguntur in constitutione ipsa et in fine, quorum si illa, in medio addita, fortasse ab interprete, verba latina *εἰς τὸ πλάτος* explicante, profecta esse existimaveris, quippe quae neque in Codice Theodosiano, neque in Justinianeo legantur, ultima tamen, quae usum constitutionum bilinguium probant, jussu Theodosii scripta esse apparet. Id non modo exemplum edicti Praefectorum de libris Nestoriis non legendis, ultima constitutionis Theodosianae verba respi-

199) i. divinae memoriae.

199a) Supplent v. *κακοδοξίας* ex epistola Constantini, quae legitur in Sacrosanct. Concil. T. II p. 269.

200) Similia leguntur in Constit. eccles. Collect. I Cod. 5, 6 apud Voellium Bibl. jur. Canon. p. 1285 et, quae propius ad haec accedunt, in Basilic. I, 1, 26.

201) Cod. Theod. *supradicto nomine.*

202) Cod. Just. *omnes coetus cel.*

203) Cod. Just. *Kal. A. C. Th. XV. et Valentiniano IV. AA. CSS.*

204) Significat singulos Praefectos Praetorio.

ciens [205]), sed etiam aliud Praefectorum edictum adversus Porphyrium et Nestorium, ubi ad constitutionem graeco sermone scriptam ablegatur, ut nemo harum rerum ignorationem praetexat, aperte docet [206]). Conversio graeca, ut dixi, latior et prolixior est, ita ut sensum verborum magis explicet, quam singula verba accurate reddat; compluria tamen totidem verbis bene transfert, nonnihil ad latina rectius intelligenda conferens. Quod autem in geminis, quas dicunt, constitutionibus codicis Justinianei graece scriptis observarunt [207]), eandem legem mox pleniorem et integram, mox breviorem superesse, id in hanc quoque constitutionem cadit. Imperatorum enim edicta, quae uberius fusiusque perscripta ad praefectos mitti solebant, ab his promulgantibus plerumque constringebantur atque summa tantum servata in formam legis redigebantur. Cujus rei exemplum luculentum superest alia constitutio ejusdem Theodosii, quae graeca eaque integra in Actis [208]) concilii Ephesini CCCCXXXI, constricta autem et graecis et latinis verbis in codice Theodosiano (IX, 45, 4) atque in codice Justiniani (I, 12, 3) legitur [209]). Illa, quae Praefecto Praetorio Orientis inscripta, ut subscriptio [210]) indicat, et ab interprete publico Constantinopoli [211]) in graecum conversa esse videtur, post prooemium longius, in quo de religione locorum sacrorum apud paganos disseritur, edictum imperatoris ita exhibet, ut singulas legis partes, rationibus causisque earum fuse prolixeque additis, proponat explicetque; haec autem, quae *data X. Kal. April. Constantinopoli Antiocho V. C. et Basso CSS.* (CCCCXXXI) et eidem *Antiocho magnifico PF. P. et Consuli* inscripta est, summam legis excerptam continet, ita tamen ut verba graeca ex illa sive ex Authentico aperte transscripta et servata invenias [212]) et manum excerpentem atque conjungentem facile cognoscas. Additum est in hac breviori nihil nisi v. *πᾶν* ante *περιεγκείμενον* et in fine *καὶ ταραχή;* mutata vero sunt, quae propter promulgationis rationem mutari debebant, ut *ὑμῶν* §. 3 in *ἡμῶν* et *κατὰ τήνδε τὴν πόλιν* in *κατὰ τὴν δεῖνα πόλιν* [213]), vel omissa, quae ad auctorem, non ad promulgatorem legis spectabant, ut §. 3 *ἐὰν δὲ τοῦ ἡμετέρου νόμου αὐθεντίᾳ* etc. Constitutionem vero latinam una cum hac graeca Constantino-

[205]) Cf. Sacrosanct. Concil. Coleti T. III p. 1732.

[206]) Apud Coletum l. l. p. 1736 *θεσπίσματος δηλουμένου Ἑλληνίδι φωνῇ, ὥστε μηδένα τούτων ἄγνοιαν προφασίζεσθαι.*

[207]) Biener Beiträge z. Revis. d. Just. Cod. p. 216 — 219.

[208]) Apud Coletum T. III p. 1751 — 60 et in Cod. Theodos. T. III p. 395 — 99 ed. Ritter.

[209]) Cf. de ea Biener Revis. des Justin. Cod. p. 128 sq.

[210]) *Νόμος προετέθη ἰνδικτιῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτῃ* (i. anno CCCCXXXI), *μηνὶ φαρμουθὶ ιβ'* i. a. V. Id. April. Praefectus vero Praetorio Orientis, ut constat, Constantinopoli sedem habebat (cf. Böcking adnotat. ad Notit. dignit. Orient. p. 164), unde colligo, hanc constitutionem fortasse in Aegypto quidem promulgatam, sed a Cyrillo Alexandriae episcopo in acta Ephesina esse relatam.

[211]) Habet enim §. 2 et 3 *κατὰ ταύτην* sive *τήνδε τὴν πόλιν* i. Constantinopolin.

[212]) Pauca neque gravia in scriptura recedunt, sed quae ad verba rectius constituenda conferunt, e. g. addendum *παρ'* (§. 3) ante *ἐνόπλων εἰσπεμφ.* etc.

[213]) Nihilominus legis brevioris auctor §. 2. vv. *κατὰ ταύτην τὴν πόλιν* intacta reliquit.

Digitized by Google

poli ortam, neque ex graeca conversam esse non modo ex eo, quod integrior est [214]) et quod utroque loco **hanc almam urbem** i. Constantinopolin nominat, quum excerpta graeca pro iis §. 3 *τὴν δεῖνα πόλιν* habeant, sed etiam ex toto scribendi modo et colore latino colligi potest. Quamobrem existimo integram quoque constitutionem graecam ex latinis esse translatam aeque atque aliam Theodosii junioris constitutionem adversus Porphyrium ac Nestorianos, quae in Actis [215]) synodi Ephesinae CCCCXXXI legitur. Prooemium constitutionis brevioris hoc est:

Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Antiocho magnifico P. P. et Consuli.

Pateant summi dei templa timentibus; nec sola altaria et oratorium templi circumjectum, qui ecclesias quadripertito intrinsecus [220]) *parietum septo* [221]) *concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita, sed si* [222]) *quid ulterius est usque ad extremas fores ecclesiae, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse praecipimus, ut inter templum* [225]), *quod parietum descripsimus cinctu, et post loca publica et januas primas ecclesiae quidquid fuerit interjacens, sive in cellulis sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos*

Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς ἈΑ. Ἀντιόχῳ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ καὶ ὑπάτῳ.

Ἀνεῴχθωσαν [216]) *τοῖς αἰδέουσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου θεοῦ* [217])· *οὐ γὰρ μόνα* [218]) *τὰ θεῖα θυσιαστήρια καὶ τὸν* [219]) *εὐκτήριον ναόν, τὸν τεττάρων τῶν τειχῶν περιβολῇ τειχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν, ἀλλ' εἴ τι καὶ περαιτέρω τοίτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας* [223]), *ἐλέου βωμὸν τοῖς προσφυγοῦσιν* [224]) *εἶναι προστάττομεν, ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ, ὃν* [226]) *τῷ προειρημένῳ τρόπῳ περιπεφράχθαι διεγράψαμεν, ἄχρι τῶν πρώτων* [227]) *μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους τῆς* [228]) *ἐκκλησίας θυρῶν, πᾶν* [229]) *τὸ παρεγκείμενον* [230]) *εἴτε ἐν οἰκίαις ἢ κήποις ἢ αὔλαις ἢ λουτροῖς ἢ* [231]) *ἐν στοαῖς τυγχάνει, τοὺς εἰςδύντας* [232]) *πρόςφυγας καθ' ὁμοιότητα τοῦ* [233]) *ναοῦ φυ-*

[214]) Latina constitutio habet *quas oratum gestiens populus primas ingreditur*, quae et in Authentico leguntur, *interioris templi* pro graecis *τοῦ ναοῦ*, ubi Authenticum *ἐνδοτάτου* addit, et paulo post *in extrahendos eos*, quae in graecis desunt.

[215]) Apud Colet. T. III p. 1714.

[216]) Al. *Ἀνοιχθῶσι.* Constit. integra sive Authenticum *τοῖς δεδιόσιν.*

[217]) Plura hic habet Authenticum.

[218]) Auth. *μόνον.*

[219]) Auth. *τὸ εὐκτ. τοῦ λαοῦ* (al. *ναοῦ*) *τετραγώνων* (al. *τετράγωνον*) *τοίχων.*

[220]) Deest in Cod. Justin.

[221]) Ita Cod. Justin.; *septu* Gothof.

[222]) *si q. u. est* desunt in Cod. Theodos.

[223]) Auth. addit *ὧν τοῖς εὔξασθαι προηρημένοις πρῶτον ἐπιβαίνειν συμβαίνει.*

[224]) Auth. *προςφεύγουσιν.*

[225]) Cod. Theod. *templi.*

[226]) Auth. *ἐν τῷ π. τόπῳ προςφυγὲς διέγρ. καί.*

[227]) Auth. pro v. l. *πρῶτον* et *δημίους.*

[228]) Auth. add. *ἁγίας.*

[229]) Abest ab Auth.

[230]) Auth. *τὰ περιεγκείμενα.*

[231]) Auth. *καὶ* addit.

[232]) Auth. *εἰςδύνοντας.*

[233]) Auth. add. *ἐνδοτάτου.*

Digitized by Google

eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere, ne qui hoc ausus sit, cum discrimen suum videat, ad expetendam opem ipse quoque confugiat[238]). *Hanc autem spatii latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso dei templo et sacrosanctis altaribus confugientium quemquam manere*[243]) *vel vescere vel cubare vel pernoctare liceat, ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsis*[246]) *qui confugiunt pietatis ratione servantibus.*

λάττειν[234])· *καὶ μηδένα*[235]) *τούτοις ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας, ἵνα μὴ*[236]) *ὁ τοῦτο τολμῶν, ἐν συμφορᾷ ἑαυτὸν*[237]) *ἰδὼν, καὶ αὐτὸς ἐξαιτῶν βοήθειαν καταφύγῃ. Τοῦτο δὲ*[239]) *τῶν διαστημάτων πλάτος διὰ τοῦτο*[240]) *συνεχωρήσαμεν, ἵνα μή τινι τῶν προςφευγόντων*[241]) *ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ ἢ ἐν τοῖς ἁγίοις*[242]) *θυσιαστηρίοις μένειν ἢ ἐσθίειν ἢ καθεύδειν ἢ παννυχίζειν*[244]) *ἐξῇ, τῶν μὲν κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν τοῦτο κωλυόντων, τῶν*[245]) *προςφύγων δὲ τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων.*

Eodem anno CCCCXXXI in synodo Ephesina, praeter alia latine scripta, quae a presbyteris legatisque Romanis recitabantur, epistola quoque latina Coelestini papae, ad synodum data, a Siricio notario sanctae catholicae ecclesiae Romae urbis lecta est, et postquam id ex consuetudine[247]) factum fuit, ut literae sedis apostolicae latine recitarentur, eadem epistola omnibus episcopis id rogantibus, quum episcopi non pauci latina nescirent, graece reddita atque a Petro presbytero Alexandrino et notariorum primicerio pronuntiata est. Quae epistola, fortasse a Petro quem dixi in graecum conversa, in Actis synodi Ephesinae nobis superest[248]), ubi aliae quoque ejusdem Coelestini epistolae leguntur, nimirum ex latino graece redditae[249]), epistola ad Nestorium[249a]) et literae Sixti III papae ad Cyrillum episcopum Alexandriae[250]).

In scriptores graecos seculi quinti, qui scientiam linguae latinae produnt, refertur et *Zosimus* (CCCCXXIX). Is non modo antiquitates romanas habet cognitas et latinis laudat vocabulis, ut *Jovem, Herculem, secularia, praetorianos, scutarios, domesticos, tribunum notariorum* etc., in quibus singulare est, quod nomina graece vel conversa[251]), vel flexa sunt[252]), sed etiam, quod a more aliorum abhorret, sententias affert

[234]) Hic plura habet Auth.

[235]) Auth. *μηδ. εἰς τὸ ἐξωθεῖσθαι τούτους.*

[236]) Auth. add. *πού γε.*

[237]) Correxi pro *σεαυτόν*; Auth. *συμφορεῖς ἑαυτόν.*

[238]) Cod. Theodos. *ipsi confugiant.*

[239]) Auth. *τὸ δὲ τοιοῦτον.*

[240]) Pro *διὰ τοῦτο* Auth. *ἐν καιρῷ τοῦ φόβου εἰς ἄδειαν τοῦ διάγειν, μᾶλλον δὲ τοῦ περινοστεῖν φιλανθρώπως συνεχ.*

[241]) Auth. *προςπεφευγότων.*

[242]) Ita Auth. pro corrupto *ἄγχος.*

[243]) Cod. Theodos. *mane vel vespere cubare.*; Cod. Just. *edere*; Gothofr. correxit *vescere.*

[244]) Auth. *παννυχίζεσθαι.*

[245]) Auth. *καὶ τῶν προςφ. τῆς.*

[246]) Ed. Sichard. *ipsisque.*

[247]) Acta Synod. Ephes. T. II p. 1141. *Τὸ ἱκανὸν ἐγένετο τῇ συνηθείᾳ, ἵνα τὰ γράμματα τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐν πρώτοις ῥωμαϊστὶ ἀναγνωσθῶσι.*

[248]) Cf. Sacrosanct. Concil. ed. Colet. T. III p. 1144.

[249]) Tom. III p. 895 et 908.

[249a]) Ibid. p. 926, in synodo Ephesina recitata et postea in commentarios relata l. l. p. 914.

[250]) Ibid. p. 1691. 1693.

[251]) II, 10. 6 *tabernae καπηλεῖα*; IV, 36 *Pontifices Γεφυραῖοι.*

[252]) II, 28 *μάγιστρον ὀφφικίων*; V, 32, 10 *Κονσιστώριον.*

Digitized by Google

latine expressas, quas graece reddidit. Sic Lampadii vocem [253]): *Non est ista pax, sed pactio servitutis*, convertit *δουλείαν μᾶλλον ἤπερ εἰρήνην εἶναι τὸ πραττόμενον*, neglecta paronomasia, et inscriptionem [254]): *misero regi servantur*, *ὅπερ ἐστὶν ἀθλίῳ τυράννῳ φυλάττονται*, et verba ista [255]): *pretium pone carni humanae*, *τοῦτο δ' ἐστὶν ὅρισον τῷ ἀνθρωπείῳ κρέᾳ τιμήν.*

Stephanus quoque *Byzantinus* (anno circiter CCCCLXXVI) nomina habet latina, sed pauca, vel male intellecta, ut *βάνδον* [256]), vel insolito more reddita, ut *Ἀθῆναι* [257]) (Minervium), *Ἀρτεμίσιον* (Dianium), ita ut linguae latinae parum sciens fuisse videatur. Non plura denique *Malchus* scriptor rerum gestarum (anno circiter CCCCLXXXXIII) habet, quae ad antiquitates romanas spectant, ut *foederatos*, *comites privatorum*, *domesticos* [258]).

Seculo autem sexto post Christum natum plures quam antea extiterunt Graeci, qui literis latinis operam navarent. Quorum in numerum supra Dissert. I p. 23 retuli *Petrum Magistrum* [259]) sive *Patricium*. Is non modo in libro *περὶ πολιτικῆς καταστάσεως* (hic est libri index Suida teste) scriptores latinos complures laudat, sed etiam in Excerptis historiae [260]) Aeneidos locum [261]), Virgilii tamen nomine non addito, respicit. Ibi enim Galerium imperatorem ad Persarum legatos haec facit dicentem: *τοῖς τῶν οἰκείων προγόνων ἴχνεσιν ἀκολουθεῖν, οἷς ἔθος φείδεσθαι μὲν τῶν ὑπηκόων, καταγωνίζεσθαι δὲ τῶν ἀντιταττομένων.* Neque sane mirum est, *virum eloquentissimum et doctrina summum* [262]), quem Justinianus in Italiam legatum misit, adeo literarum latinarum gnarum fuisse, ut Virgilium haberet cognitum.

Procopius quoque historiographus (DXXX), antiquitate romana satis doctus, res a Romanis domi [263]) militiaeque [264]) institutas saepius commemorat easque nomine sollenni appellat; pauca vero latina inveniuntur apud *Menandrum* [265]) et *Agathiam* [266]) scriptores rerum Byzantinarum. Sed ejusdem seculi chronographus *Joannes Malalas* et linguae et literarum latinarum satis magnam habuisse videtur cognitionem. Singula enim verba latina affert [267]) et

253) V, 29, 15.
254) V, 38, 11.
255) VI, 11, 2.
256) i. q. *νίκην*; s. v. *Ἀλάβανδα.*
257) Cf. ibi Thomam de Pinedo.
258) T. I p. 94 (p. 237); p. 96 (p. 240.).
259) Cf. de eo Fabric. Bibl. Gr. Tom. V p. 234 (T. VII p. 538 Harl.). Noli eum confundere cum *Petro Patricio* seculi noni; cf. Fabric. l. l. T. X p. 330 (T. XI p. 338 Harl.).
260) c. 12 p. 128, 15 ed. Bonn.
261) Aen. VI, 853 *parcere subjectis et debellare superbos.* .
262) Cassiodor. Var. X, 19.
263) E. g. *Janus*, *penates*, *quaestor*, *patrimonium*, *a secretis* etc.
264) Ut *centuriae, milites limitanei, optiones, foederati* etc.
265) Cf. Hist. I p. 120 (p. 319) *λαεργοὺς* i. q. *δαψιλεῖς* et p. 136 (p. 352) *σάκρα* i. epistola Imperatoris.
266) Cf. Hist. V, 4 *curator*.
267) *Burdones* i. q. mulos VII p. 226 Ox. (p. 178 Dind.), *brumalia* ex Licinio Romanorum scriptore VII p. 227 Ox. (p. 179 Dind.), *consilia* VII p. 232 Ox. (p. 183 Dind.).

Digitized by Google

interpretatur[268]); tum complures laudat ex scriptoribus Romanis auctores rerum gestarum, praeter *Brunichium*[269]) quendam chronographum, de quo tamen nihil constat, et praeter eos[270]), quos supra commemoravi (Dissert. I p. 24 not. 272), Virgilium[271]) et Suetonium de re vestiaria[272]). Quin unum locum Virgilii (Aen. IV, 302) in Chronographia[273]) graece conversum servávit: *Τριετηρικὰ Βάκχῳ ὄργια νοκτούρνους κουὲ βοκὰτ κλάμωρε Κιθαιρών· ὅ ἐστι τῇ Ἑλληνίδι γλώσσῃ τῷ τριετηρικῷ ἔτει, ὅτε ὁ Διόνυσος ἐν νυκτὶ τῇ φωνῇ τὴν ἑορτὴν τῶν ὀργίων ἐν τῷ Κιθαιρωνίῳ ὄρει.* In quibus singulare est, quod verba latina graecis literis sunt scripta et interpretatio admodum a verbis poetae recedit. Servii quoque commentarios Virgilianos (Aen. VIII, 646) respicit[274]), sed verba ejus non transscripsit.

Plura ex latino conversa leguntur apud *Joannem Laurentium Lydum*[275]). Is scriptor gravissimus, sermonis latini optime gnarus, unde non modo multa affert vocabula[276]) latina eaque interpretatur, sed etiam originationi vocabulorum operam dat[277]), idemque in scriptoribus latinis multum versatus[278]), praeter locos aliquot librorum deperditorum[279]) haec habet ex Digestis in graecum translata:

Sext. Pomponius[280]) *in Digest. I, 2, 22. 23.*	*Lydus de Magistr. I, 26.*
Deinde quum aerarium populi auctius esse coepisset, ut essent[281]), *qui illi*	*Γάϊος τοίνυν ὁ νομικὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ παρ' αὐτοῦ ad legem XII Tabularum, οἷον εἰς τὸν νόμον τοῦ δυοκαιδεκαδέλτου, αὐτοῖς ῥήμασι*

268) *Imperator* per *αὐτοκράτωρ* IX p. 292 Ox. (p. 223 Dind.).

269) VII p. 239 Ox. (p. 187 Dind.).

270) Juvenalem quoque nominat (X p. 341 Ox., p. 263 Dind.), neque tamen ita, ut scripta ejus citet.

271) V p. 168 Ox. (p. 132 Dind.), VI p. 206 (162), VII p. 226 (178), IX p. 277 (216), p. 283 (220).

272) II p. 39 Ox. (p. 39 Dind.).

273) XII p. 374 Ox. (p. 285 Dind.).

274) VII p. 229 Ox. (p. 180 sq. Dind.).

275) Cf. de eo Fabric. Bibl. Gr. T. II p. 512 sqq. (T. IV p. 155 sqq. Harl.) et T. IX p. 437 (T. X p. 729 Harl.).

276) Cf. de magistrat. I, 46. 47; v. c. *σηγμέντα, φιβουλαν, βάλτεον τὸν ζωστῆρα* (de mag. II, 13), *παρατοῦρα* (II, 14), *στάβλον, σπορτούλων* (III, 59), *ἀκυϊπήνσερα* (III, 63), *ματρικουλαρίῳ τῶν καταλόγων φύλακι* (III, 66), *προβατορίας* (ib. et 67), *τρακτεύτας, κοττιδιανοῖς* (III, 68).

277) Cf. de magistr. I, 42 de v. *nepa* et 46 de v. *capita*: *οὕτω δὲ τοὺς ἀπὸ ῥάβδων κοφίνους ἐκάλεσαν ἀπὸ τοῦ κάπερε οἱονεὶ χωρεῖν, ἔνθεν ὑποκοριστικῶς τὰ λεγόμενα καπιτούλια πατρίως οἱ Ῥωμαῖοι ὀνομάζουσι.*

278) Cf. quae supra Diss. I p. 24 dixi.

279) Cf. supra Diss. I p. 25.

280) Hic quoque locus, quem Gaii, non Pomponii esse inscriptio graeca docet, Lydum ipsis Gaii commentariis ad legem XII Tabularum usum fuisse, non ex Digestis sua hausisse, ut Schraderus, Niebuhrius, alii judicant, ostenderit; cf. Dirksen Verm. Schrift. T. I p. 51 sqq.; sed idem Dirksen ib. p. 54 sqq. rem aliter se habere et Lydum errasse demonstravit. Pomponii enim librum (enchiridion) ante oculos habuit Lydus, ut ex loco de Mag. I, 48 colligi potest, in quo verba Pomponii (Dig. I, 2, 34) graece conversa vides; cf. Zimmern Gesch. d. röm. Privatr. T. I, 1 p. 349 n. 55.

281) Interpres vv. *ut essent q. i. pr.* non legisse videtur, ex quibus *ut ess.* et quae sequuntur *qui pec. praeess.* Haloander non habet.

Digitized by Google

praeessent, constituti sunt Quaestores, qui pecuniae praeessent, dicti ab eo, quod inquirendae et conservandae pecuniae causa creati erant. Et quia, ut diximus, de capite civis romani injussu populi non erat lege permissum Consulibus jus dicere, propterea Quaestores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus praeessent, hique appellabantur Quaestores [282]) *parricidii.*

Secundus locus est

Domit. Ulpiani in Digest. I, 13, 1. 2.

Et a genere quaerendi Quaestores initio dictos et Junius et Trebatius et Fenestella scribunt. Verum excepti erant Candidati principis; hi etenim solis libris principalibus in senatu legendis vacabant [286]).

Alius porro locus

Jul. Pauli in Dig. I, 15, 1.

Apud vetustiores incendiis arcendis Triumviri praeerant, qui ab eo, quod excubias agebant, nocturni dicti sunt. Interveniebant nonnunquam et Aediles et Tribuni plebis. Erat autem familia publica circa portas et muros dis-

πρὸς ἑρμηνείαν ταῦτά φησιν· ὡς δὲ τὸ γαζοφυλάκιον τοῦ δήμου εἰς ἐπίδοσιν ἦλθε, προεχειρίσθησαν κυαίστωρες ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ φροντίδος, ἀπὸ τῆς περιποιήσεως καὶ φυλακῆς τῶν χρημάτων οὕτως ὀνομασθέντες. Ἐπειδὴ δὲ περὶ κεφαλικῆς τιμωρίας οὐκ ἐξῆν τοῖς ἄρχουσι κατὰ ῥωμαίου πολίτου ψηφίσασθαι, προεβλήθησαν κυαίστωρες παῤῥικίδιοι, ὡσανεὶ κριταὶ καὶ δικασταὶ τῶν πολίτας ἀνελόντων.

Graece redditus legitur apud

Lydum de Magistr. I, 24. 28.

Ἀπὸ [283]) *δὲ τῆς ζητήσεως οὕτως ὀνομασθῆναι αὐτοὺς Ἰούνιος καὶ Τρεβάτιος καὶ Φενεστέλλα εἶπον. Πλὴν ἐξῄρηντο οἱ κυαίστωρες οἱ κανδιδάτοι τοῦ Καίσαρος· οὗτοι γὰρ μόνοι* [284]) *τοῖς βιβλίοις τοῖς ἐπὶ τῆς βουλῆς ἀναγινωσκομένοις* [285]) *ἐσχόλαζον καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς τῶν βασιλέων ὑπούργουν.*

graece conversus est apud

Lydum de Magist. I, 50.

Παῦλος ὁ νομοθέτης αὐτοῖς ῥήμασι καθ᾽ ἑρμηνείαν οὕτως· τὸ τριανδρικὸν σύστημα παρὰ τοῖς παλαιοῖς διὰ τοὺς ἐμπρησμοὺς προεβάλοντο, οἳ καὶ νυκτερινοὶ ἐκ τοῦ πράγματος ἐλέγοντο. Συνῆσαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἀγορανόμοι καὶ δήμαρχοι ὑπουργοί [287]). *Κολλήγιον (ἀντὶ τοῦ σύστημα),*

[282]) Leunclav. Notat. II, 2 in Thesaur. Otton. T. III p. 1503 vult *Quaesitores*, quod jam graeca respuunt.

[283]) Haec verba Ulpiani esse Lydus non aperte dicit, sed rem ita se habere ex latinis, ex nomine *Junii* i. Gracchani (cujus cum verbis haec conjuncta sunt, unde in graecis additur *καὶ μεθ᾽ ἕτερα*) et ex nomine Ulpiani in fine capitis commemorato patet.

[284]) Haec conjecit *μόνοις* propter *solis*, sed addit interpres *καὶ ὑπούργουν.*

[285]) Cf. similia in Basilic. VI, 6, 1.

[286]) Alii *vacant*. Cf. cum iis, quae Lydus neque tamen ex ipso (cf. Prooem. de Magist.) Junio Gracchano habet ib. I, 24 *πλὴν ὕστερον ἐξῃρέθησαν οἱ κανδιδάτοι τοῦ βασιλέως κυαίστωρες, οἳ πρὸς ἀνάγνωσιν τῶν βασιλικῶν γραμμάτων καὶ μόνην ἐσχόλαζον*, et quae Dirksen de his verbis inter se commixtis monet l. l. p. 66 sqq.

[287]) Fort. *δήμαρχοι· ὑπούργει δὲ κολλήγιον.* Ceterum monet Dirksen l. l. p. 69 excubias nocturnas vigilesque, ab Augusto institutas, cum collegiatis novissimae aetatis h. l. confundi.

Digitized by Google

posita, quae inde, si opus esset, evocabatur.

Quartus denique locus

Aurel. Arcadii Charisii in Dig. I, 11, 1.

Breviter commemorare necesse est, unde constituendi Praefectorum Praetorio officium origo manaverit. Ad vicem Magistri equitum Praefectos Praetorio antiquitus institutos esse a quibusdam scriptoribus traditum est. Nam quum apud veteres Dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur et Magistros equitum sibi eligerent, qui, associati principali curae militiae gratia, secundam post eos potestatem gererent, regimentis reipublicae ad imperatores perpetuos translatis, ad similitudinem Magistrorum equitum Praefecti Praetorio a principibus electi sunt, data eis pleniore licentia ad disciplinae publicae emendationem. His cunabulis Praefectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri, ut appellari a Praefectis Praetorio non possit.

ὅπερ τὰς πυλὰς τῆς πόλεως ᾤκει καὶ τὰ τείχη, ὥστε τῆς χρείας καλούσης εὐχερῶς εὑρισκομένους συντρέχειν.

legitur apud

Lydum de Mag. I, 14.

Αὐρήλιος ὁ νομικὸς ῥήμασιν αὐτοῖς πρὸς ἑρμηνείαν τούτοις εἰπών· διὰ βραχέων εἰπεῖν χρειῶδές ἐστι, πόθεν τὴν ἀρχὴν τῶν πραιτωρίων ὕπαρχος[288]) ἔσχεν· ἀπὸ τοῦ ἱππάρχου[289]) μᾶλλον· εἰς τόπον γὰρ ἐκείνου τὸν ἔπαρχον προχειρισθῆναί φασιν. Τοῖς ἀρχαίοις ἔστιν οἷς ἡ πᾶσα πρὸς καιρὸν ἐξουσία τῶν πραγμάτων ἐπιστεύετο. Ἐπελέγοντο γὰρ ἑαυτοῖς ἡγεμόνα τῶν ἱππέων ἕκαστος[290]) κοινωνὸν ὥσπερ τῆς ἀρχῆς καὶ διοικήσεως τῶν πραγμάτων. Τοῦ δὲ κράτους ὕστερον ἐπὶ τοὺς αὐτοκράτορας μετενεχθέντος πρὸς ὁμοίωσιν τοῦ ἱππάρχου τῶν πραιτωρίων προῆλθεν ἔπαρχος. Καὶ δέδοται αὐτῷ μείζων ἢ κατ᾽ ἐκεῖνον ἰσχὺς τῆς τε[291]) διοικήσεως τῶν πραγμάτων, τῆς τε καταστάσεως καὶ ἀσκήσεως τῶν στρατευμάτων, καὶ ἐπανορθώσεως ἁπάσης, καὶ εἰς τοσοῦτον ὑπεροχῆς προελθεῖν, ὡς μηδενὶ ἐξεῖναι πρὸς ἔφεσιν[292]) ὁρμᾶν ἢ ὅλως ἐγκαλεῖσθαι τὴν αὐτοῦ κρίσιν.

Quibus ex locis vides non omnia graeca latinis ad amussim respondere, sensum quidem satis aperte et perspicue redditum esse, singula tamen verba vel omissa vel addita, et nexum eorum mutatum, in aliis autem verbum ad verbum graece translatum esse, ut et inscriptio[293]) *κατὰ* sive *πρὸς ἑρμηνείαν* et *πρὸς λέξιν* docet. Ceterum Hasio[294]), editori Lydi doctissimo, quivis facile concedet, Lydum non admodum eleganter sciteque, immo negligenter interdum atque inconsiderate latina in graecum trans-

[288]) An *ἔπαρχος?*

[289]) Delevi *ἢ* et scripsi *φασιν* pro *πᾶσιν* cum Hasio; praeterea post *ἔσχεν* distinxi.

[290]) Ita Hase pro *ἕκαστον*.

[291]) Cd. *δέ*, quod Hase correxit.

[292]) Cd. *ἄφεσιν — ἐκκαλ.*, quae Hase emendavit.

[293]) Cf. Hasium in edit. Lydi de Ostentis p. 100. 156. 164. 202.

[294]) Praef. ad Lyd. de Ostent. p. XVI et XIX.

tulisse, neque tamen ita ut aliis interpretibus ejusdem, qua floruit, aetatis posthabendus sit. Fortasse tamen loci Digestorum, quos attuli, non a Laurentio Lydo conversi, sed ex interpretatione Digestorum Stephaniana, de qua post videbimus, transscripti sunt [295]).

Plurimum vero operae interpretes graeci in convertendis legibus Justiniani navabant, ita ut studium latina graece reddendi, ex Constantini Magni aetate in rebus potissimum theologicis provectum, tunc in rebus forensibus summum quasi fastigium adscenderet. Etenim quum sermo latinus, quamvis imperatores ea in re magnopere laborassent, medios inter Graecos Barbarosque civitatem nancisci non potuisset, leges autem publicae, latine scriptae, omnibus notae essent civibus, fieri non potuit, quin Justinianus, qui locis temporibusque obsecutus [296]) post Constantinum fere primus leges vel graece [297]), vel utraque lingua [298]) compositas promulgavit, praesertim cum usus linguae graecae communis, *κοινὸς* [299]) esset et in ditione ejus latissime pateret [300]), legum suarum graecas conversiones vel permitteret, vel etiam instituendas curaret [301]).

Ipse enim, ne leges confunderentur atque perverterentur, in constitutione *de confirmatione Digestorum* [302]) modum convertendi (*τὴν παράδοσιν*), qui leges ad verba (*κατὰ πόδας* sive *πόδα*) redderet, manifesto praescripsit [303]). Praeter hunc vero sub Justiniano et post imperium ejus alii legum graece convertendarum vel potius retractandarum modi constituti sunt, primus *κατ᾽ ἐπιτομὴν* sive *σύντομος*, qui summam legis breviter complectitur, secundus *κατὰ μέσην τάξιν*, qui mediam tenet viam inter epitomen et paraphrasin, tertius *εἰς τὸ πλάτος* qui dicitur et quartus *ἐκ παραφράσεως*, qui con-

[295]) Dirksen certe l. l. p. 65 et 71 Lydum ex Digestis sua hausisse docet.

[296]) Mylii Histor. Theophili T. II p. 1059 Reitz.

[297]) Novell. VII, 1 *οὐ τῇ πατρίῳ φωνῇ τὸν νόμον συνεγράψαμεν, ἀλλὰ ταύτῃ τῇ κοινῇ τε καὶ ἑλλάδι*; quibuscum cf. Novell. XIII, 1 et Inst. III, 7, 3 *constitutionem* (Cod. III, 4) — *pro omnium notione graeca lingua — composuimus.*

[298]) Constit. de confirm. Digest. et Novell. LXVI, 1, 2. 3; cf. Novell. XVIII et Bach Hist. juris Rom. p. 609 ed. Stockm.

[299]) Novell. VII, 1; XIII, 1.

[300]) Novell. XXVIII, 2 *συνήθης γλώττῃ.*

[301]) Matthaeus Blastares in Syntagm. ap. Fabric. B. Gr. Vol. XII p. 369 (Ed. I) *Ἰουστινιανὸς — ἔτι καὶ πρὸς τὴν ἑλληνικὴν τά τε τῶν Κωδίκων καὶ τὰ τῶν Διγέστων μεταβέβληκε φράσιν.*

[302]) Constit. *Tanta* §. 21. *Nemo — audeat commentarios hisdem legibus annectere, nisi tantum si velit eas in graecam vocem transformare sub eodem ordine eaque consequentia, sub qua et voces romanae positae sunt, hoc quod Graeci κατὰ πόδα dicunt.*

[303]) Qualem significaverit conversionem Justinianus, explicat Hombergk Praefat. Novellar. interpretationis his: *Indicatur per τὸ κατὰ πόδα nuda interpretatio, vera tamen et rationi atque naturae linguae, in quam quid transfertur, conveniens; quae textui nil addit, nec detrahit, quae nec paraphrasis est, nec commentarius, nec epitome, sed mentem loquentis exhibet, non autem quae verborum seriem pueriliter observat. Hanc vero Imperatoris mentem fuisse, nec aliam, satis apparet ex multarum legum graecarum, quae in Pandectis exstant, translatione.* Haloander vero in Praefat. ad Novellas: *τὸ κατὰ πόδας misere verbis alligatum est et vocum inhaeret vestigiis, unde et nomen sumpsit, nunquam se solo tollens, nullum translationum lumen inserens.*

Digitized by Google

textui, vel ad verbum reddito, vel pluribus verbis exposito, de suo aliena addit et admiscet. Quarum convertendi rationum exempla nobis supersunt compluria.

Primus in graecum transferendi modus, quem Justinianus ipse in constitutione *Tanta* (§. 21) praescripserat, fuit *ὁ κατὰ πόδας*, contrarius interpretationibus verbosis, quae legis sensum distrahendo et amplificando obscurant potius quam illustrant. Hac ratione Codex repetitae praelectionis fuit graece conversus, saepissime in Basilicis nomine tamen interpretis non addito laudatus, cujus fragmenta supersunt [304]) tot, ut integer paene restitui possit. Idem interpres anonymus in scholiis Basilicorum *κωδικεύτης* [305]) ejusque interpretatio, quae manuscripta etiam seculo sexto decimo in Creta insula superstes erat [306]), *τὸ παλαιὸν* dicitur [307]) respectu, ut videtur, ad Basilicorum aetatem habito.

Interpretationis *κατὰ πόδας*, qualis in Basilicis servatur, particula haec est:

Cod. II. Tit. ***12*** *(13).*

1. *Divus Antoninus Pius A. Severo. Cautio ratihabitionis tunc exigitur a procuratore, quoties incertum est, an ei negotium mandatum sit. PP. IV. Id. Octobr. Gallicano et Vetere CSS.*

2. *Divi Fratres Sextiliae. Quum rem pecuniariam esse dicas, potes per maritum tuum, solennibus impletis, appellationi adversariae tuae respondere, quum appellationes pecuniariae etiam per procuratores exerceri ab utraque parte litigantium possint. Accepta VIII. Kal. Aug. ipsis III. et II. AA. CSS.*

3. *Impp. Severus et Antoninus AA. Pomponio. Eum, qui res agit heredum, a quibus tibi deberi fideicommissum dicis, evoca ad praetorem virum clarissimum,*

Basil. VIII Tit. ***2, 75.***

Ἡ προκειμένη διάταξις λέγει οὕτως· ἡ ἀσφάλεια τῆς δεκτῆς ἡγήσεως τότε ἀπαιτεῖται παρὰ τοῦ ἐντολέως, ὁσάκις ἀμφίβολόν ἐστιν, ἐὰν αὐτῷ [308]) *τὸ πρᾶγμα ἐντέταλται.*

Ibid. ***76.*** *Θαλελαίου.*

Ὁπότε τὸ πρᾶγμα χρηματικὸν εἶναι λέγεις, δύνασαι διὰ τοῦ ἀνδρὸς τῶν εἰωθότων πληρωθέντων τῇ ἐκκλήτῳ τῆς ἀντιδίκου σου ἀποκρίνασθαι, ὁπότε αἱ ἔκκλητοι αἱ χρηματικαὶ διὰ προκουράτωρος γυμνάζεσθαι ἐξ ἑκατέρου μέρους τῶν δικαζομένων δύνανται.

Ibid. ***77.*** *Θαλελαίου.*

Ἐκεῖνον, ὅστις τὰ πράγματα πράττει ἤτοι [309]) *διοικεῖ τῶν κληρονόμων, παρ' ὧν χρεωστεῖσθαί σοι τὸ φιδεικόμμισσον λέγεις,*

[304]) Cf. O. Reitz ad Theophil. T. II p. 1239, Hauboldi Manuale Basilic. p. 197 sqq. et Zachariae in Richteri Krit. Jahrbücher 1844 p. 815 sq. et 828.

[305]) Schol. Basil. T. VII p. 499 et 849; cf. C. G. E. Heimbach de orig. Basilic. p. 85 sq.

[306]) Heimbach l. l. et Zimmern Gesch. d. röm. Privatr. T. I, 1 p. 400.

[307]) Schol. Basilic. XXIX, 1, 90, ubi Heimbach *τὸ κατὰ πόδας* corrigere vult; vide tamen XXIX, 1, 113 (2); sic et Digestorum contextus *τὸ παλαιὸν* dicitur ib. XXIX, 5, 28 (4); cf. Heimbach de orig. p. 89 sq.

[308]) Codd. *αὐτό*.

[309]) *ἤτοι διοικεῖ* ex glossa, ut videtur.

qui aut tibi respondere cogetur, aut ab administratione negotiorum secundum formam jurisdictionis prohibebitur. Deliberabit autem praetor, si non defendantur heredes, an mittere te in possessionem debeat, secuturus jurisdictionem, quae exerceri adversus indefensos solet. PP. X. Kal. Septemb. Chilone et Libone CSS.

προςκάλεσαι πρὸς τὸν λαμπρότατον πραίτωρα, ὅστις προςκληθεὶς ἢ ἀποκρίνασθαί σοι ἀναγκασθήσεται, ἢ κωλυθήσεται διοικῆσαι τὰ πράγματα τῶν κληρονόμων κατὰ τὸν τῆς δικαιοδοσίας τύπον. Διασκέψεται καὶ ὁ πραίτωρ, εἰ μὴ δεφενδεύση τοὺς κληρονόμους ὁ διοικητής, εἰ ὀφείλει πέμψαι σε εἰς νομὴν τὴν φιδεικομμισόρουμ σερβανδόρουμ καῦσα, ἀκολουθήσας τῷ ὑποδείγματι τῆς δικαιοδοσίας, ἥντινα δικαιοδοσίαν εἴωθε κατὰ τῶν ἀδεφενδεύτων ἐγγυμνάζειν.

4. Iidem AA. Saturnino. Quia absente te iudicatum dicis, aequum est tibi restitui causae defensionem. Nec oberit tibi, quod uxor tua interfuit judicio, aut etiam acquievit sententiae, quum aliena negotia per mulieres non aliter agi possint, nisi in rem suam et proprium lucrum mandatae sint eis actiones. PP. prid. Non. Jan. Apro et Maximo CSS.

78. *Ἐπειδὴ σου ἀπόντος κριθῆναι λέγεις τὴν δίκην, δίκαιόν ἐστιν ἀνανεωθῆναί σοι τὴν τῆς δίκης ταύτης ἀγωγήν· καὶ οὐδὲ ἀντίκειταί σοι, ὅτι ἡ γαμετή σου ἔπραξε τὸ δικαστήριον, ἢ ὅτι ἐφησύχασε τῇ ἀποφάσει καὶ οὐκ ἐξεκαλέσατο, ὁπότε τὰ ἀλλότρια πράγματα διὰ γυναικῶν οὐκ ἄλλως δύνανται πράττεσθαι, εἰ μὴ ἀγωγὴ ἰδία* [310]) *ἐνταλθῇ τῇ γυναικὶ τὸ ἐνάγειν ἐπὶ τῷ τὰ ἐκ τῆς ἐναγωγῆς ἀπαιτούμενα αὐτὴν κερδαίνειν.*

Qui locus aperte ostendit, ut alia conversionis fragmenta omittam, quae Basilica et in contextu [311]), et in scholiis [312]), vel omissa vel addita nota *τὸ κατὰ πόδας* sive *πόδα* continent, interpretationem hanc ad praescriptum Justiniani (Constit. *Tanta* §. 21) ita fuisse institutam, ut graeca, non modo singula vocabula, sed etiam eorum ordo, consequentia, nexus, tota dicendi ratio, latinis ad amussim respondeant et ex verbis graecis latinus color resplendeat; quin juris formulae latinae plerumque sunt servatae [313]), accentibus et literis graecis (ab interprete ipso fortasse latinis) scriptae; raro nonnulla vel explicandi, vel circumeundi causa adduntur [314]) et quae desunt nomina legis conditorum ab initio et notationes temporum in fine cujusque constitutionis, ea ab auctoribus et Basilicorum et scholiorum postea demum omissa esse videntur.

Jam quaeritur, quis fuerit ille *κωδικεύτης* sive interpres anonymus Codicis *τοῦ κατὰ πόδας*. Et quem alii [315]) prius conjecerant esse *Thalelaeum*, is nunc certo dici potest.

[310]) Heimbach mavult *ἀγωγῇ ἰδίᾳ*.

[311]) Cf. inprimis Basilic. VIII, 2, 1 sqq.; XLV, 4, 2. 4. 9. 10 etc.

[312]) Basil. VIII, 1, 12. 14. 15. 17. 23. 24. 33—35. 41; 2, 77. 90. 93 etc.

[313]) Ex more fere omnium Ictorum graecorum, qui sub Justiniano floruerunt; cf. Mylius et Reitz ad Theophil. T. II p. 1068 et 1237.

[314]) Cf. fragmenta supra §. 77. 78.

[315]) Biener Revision d. justin. Codex p. 40 n. 2, C. Witte in libro, cui index est: Die Leges, restitutae p. 30 et Zachariae Anecd. p. XXXIV et

Inter Thalelaeum enim et conversionem graecam Codicis *τοῦ κατὰ πόδας* nexum quendam intercedere ex eo apparet, quod, ubi *τὸ κατὰ πόδας* in scholiis Basilicorum commemoratur, fere semper et verba adduntur *καί φησιν ὁ Θαλέλαιος* cum explicatione Thalelaei [316]), et quod, ubi in Basilicorum sive contextu, sive scholiis adnotationes [317]) Thalelaei desunt, hoc est in annotationibus libri octavi Codicis Justiniani, fragmenta quoque conversionis *τοῦ κατὰ πόδας* desiderantur. Accedit quod saepius in scholiis Basilicorum legitur: *Θαλελαίου· τὸ κατὰ πόδας* [318]) *κ. τ. λ.* cum verbis Codicis graece conversis, vel *τὸ κατὰ πόδας πρὸς ὃ ἔχει Θαλέλαιος* [319]), semel *παραγραφὴ εἰς τὸ κατὰ πόδας τοῦ Θαλελαίου* [320]), et quod Matthaeus Blastares [321]) Codicem Justiniani a Thalelaeo editum esse certo dicit. Res vero dubia ad liquidum est perducta loco tractatus de peculiis, cujus scriptor anonymus non modo Thalelaeum ejusque adnotationes ad Codicem laudat [322]), sed etiam distincte Thalelaeum codicem ex latino sermone in graecum transtulisse et conversioni *κατὰ πόδας* ipsa verba latina apposuisse atque interpretatum esse testatur [323]). Quod vero in scholiis Basilicorum *τὸ κατὰ πόδας* sine nomine interpretis laudatur, factum esse videtur, ut conversio ab annotationibus Thalelaei discerneretur, et quod nomen his adjectum sufficere visum est [324]). Addiderat enim Thalelaeus conversioni annotationes, quibus partim res ipsas illustraret, partim verba *τοῦ κατὰ πόδας* interpretaretur [325]), qua de re infra videbimus.

Thalelaeus [326]), ante annum DXXXIII Beryti [327]) verisimiliter antecessor et insignis [328]) multa doctrina atque eruditione, Constantinopolin arcessitus [329]) est, ubi in

apud Richterum l. l. p. 796. 815; sic et Balduinus, Haloander, alii apud Fabric. B. Gr. T. XII p. 473 (Ed. I).

316) Cf. Schol. Basil. VIII, 1, 14; 1, 15; 1, 17; 1, 23; 1, 24; 1, 33; 1, 34 etc.

317) Earum loco additus est commentarius Isidori cujusdam; cf. Schol. Basilic. XLVII, 1, 37 — 2, 10 etc.

318) Schol. Basil. XI, 1, 72; 1, 87 (ubi est locus Cod. II, 3, 26 ad verbum graece redditus); 1, 88; XXI, 1, 28; XXII, 5, 52; XXIII, 3, 67 etc.

319) Cf. Schol. Basil. XLV, 1, 46; 2, 19; 5, 2 etc.

320) Cf. Schol. Basil. T. VII p. 661 ed. Fabrot.

321) In Syntagmate apud Fabric. B. Gr. T. XII p. 370 (Ed. I) *Θαλέλαιος ἀντικένσωρ τοὺς Κώδικας εἰς πλάτος ἐκδέδωκε.*

322) Anecdot. ed. G. E. Heimbach T. II p. 248. 258; scriptor fuisse fertur seculi decimi vel undecimi.

323) l. l. p. 257 *καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ Θαλέλαιος καὶ τὸ εἰρημένον ῥητὸν ἐκ τῶν ῥωμαϊκῶν διὰ μεταφράσεως εἰς τὴν ἑλληνίδα παραδιδοὺς σοι, τοῦτο βεβαιότερον ἐπιφέρει*, paulo post *καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι ἅπαν τὸ κατὰ πόδας, ἐν οἷς αὐτὰ τὰ ῥωμαϊκὰ προστιθεὶς ἑρμηνεύει*, et p. 259 *καὶ τὸ κατὰ πόδας τοῦ αὐτοῦ* (*Θαλελαίου*), ubi locus Codicis graece conversus additur.

324) Zachariae Anecd. p. XXXIV inde explicat, quod inter omnes constitisset a nemine nisi a Thalelaeo codicem *κατὰ πόδας* conversum esse.

325) Cf. Schol. Basil. XLVIII, 18, 1; 19, 1; 20, 41; 21, 6.

326) De eo cf. Heimbach de orig. Basilic. p. 25 sqq., Zimmern Gesch. d. röm. Privatr. T. I, 1 p. 398 et Zachariae Hist. juris gr. rom. p. 28 et apud Richterum l. l. p. 814 sqq.

327) Zachariae l. l. p. 811.

328) Appellatur a Scholiasta Basilic. XLII, 3, 80 (1) *ὁ τῆς νομικῆς ὀφθαλμός.*

329) Commemoratur in Constit. *Omnem* inscriptione.

Digitized by Google

scholis, quas aperuit, Codicem et Digestorum partem [330]) explanasse videtur et ante Stephanum [331]) mortuus est. Ipsum autem ejusque editionem Codicis Justinianei in magna fuisse auctoritate apud posteros ex eo colligi potest, quod conversione ejus et annotationibus saepius utuntur, ut auctores Prochiri [332]), anonymus [333]) tractatus de peculiis et Balsamo ad Photii [334]) Nomocanonem.

Jam quum Codex repetitae praelectionis *κατὰ πόδας* conversus sit, mirum videri potest, cur non aliae juris Justinianei partes, imprimis Digesta, ad verbum sint expressae, ut in scholis judiciisque Graecorum auctoritatem atque fidem publicam nanciscerentur. Fuerunt sane, qui Digesta ab eodem Thalelaeo *κατὰ πόδας* graece fuisse reddita contenderent [335]), ut Suaresius, Balduinus, Haloander, alii; sed nullus eorum, neque alius rem comprobatam dedit [336]); Thalelaeus enim, ut ex reliquiis constat [337]), Digesta vel viva voce, vel in *παραγραφαῖς* tantummodo explanaverat. Neque, quod jam Reitzius animadvertit [338]), ullo Basilicorum loco conversio Digestorum *κατὰ πόδας* commemoratur; nam vv. *τὸ κατὰ πόδας* in Basilic. XI, 1, 60 (2), ut addita *ἔξωθεν ἐμφέρει* ostendunt, locum non Digestorum, sed Codicis extrinsecus [339]) allatum indicant. Nihilominus in contextu et in scholiis Basilicorum leguntur Digestorum loci ad verbum graece translati; sunt vero ex parte hi:

Digest. XIV, 3, 11, 7.

Si institoria recte actum est, tributoria ipso jure locum non habet; neque enim potest habere locum tributoria in merce dominica; quodsi non fuerit institor dominicae mercis, tributoria superest actio.

Basilic. XVIII, 1, 11 p. 171 ed. Zachar.

Ἐὰν ὀρθῶς κινηθῇ ἡ κατὰ τοῦ προστήσαντος ἀγωγή, ἡ τριβουτορία χώραν οὐκ ἔχει· οὔτε γὰρ ἁρμόζει ἡ τριβουτορία ἐπὶ τοῖς δεσποτικοῖς φορτίοις· εἰ δὲ μὴ ἦν προεστὼς τῶν δεσποτικῶν φορτίων, χώρα τῇ τριβουτορίᾳ.

330) Cf. Zachariae apud Richterum l. l. p. 814 et Schol. Basilic. XXIX, 5, 27 (3), ubi cum Dorotheo et Stephano comparatur. Digesta ab eo non *κατὰ πόδας* in graecum translata, sed commentario, qui saepius in scholiis Basilicorum laudetur, explicata fuisse monet Heimbach de orig. Basilic. p. 25 sqq.

331) Schol. Basil. XII, 1, 58 (1).

332) Zachariae Praef. Prochir. p. LXII; cf. Prochir. II, 7, quae sunt verba conversionis Thalelaeanae, cum schol. Basilic. XXVIII, 2, 3 (10); Prochir. II, 8, quae explicationem Thalelaei continent, cum schol. Basil. XXVIII, 2, 20 (1) et Prochir. VII, 28, qui est locus *τοῦ κατὰ πόδας*, cum schol. Basil. XXVIII, 4, 38 (1).

333) In Anecdot. Heimbach. p. 248. 257. 258. 259.

334) In biblioth. jur. canon ed. Voell. p. 1078.

335) Suares. Notit. Basilic. §. 19 et Fabric. B. Gr. T. XII p. 358 (Ed. I); Jensius autem Digesta et partem Codicis primitus graece composita nobis ex conversione latina tantum superesse opinatur; cf. Bach Hist. juris p. 597 sq., p. 608 et Biener Revis. des Justin. Cod. p. 99 sq.

336) Bach l. l. p. 628, Heimbach de orig. Bas. p. 25 sq. et ex eo Zimmern Gesch. d. Röm. Privatr. T. I, 1 p. 398 sq.

337) Heimbach l. l. p. 26 et Zachariae apud Richterum l. l. p. 814.

338) Exc. XX ad Theophil. p. 1239.

339) Cf. Schol. Basilic. XI, 1, 72 (6) (ita enim paratitla vel *παραπομπαὶ* significantur, cf. Reitz ad Theophil. T. II p. 1246) et Schol. Basil. XXII, 3, 1.

Digitized by Google

Digest. XXXVIII, 10, 4 pr.

Modestinus libro XII Pandectarum. Non facile autem, quod ad nostrum jus attinet, cum de naturali cognatione quaeritur, septimum gradum quis excedit, quatenus ultra eum fere gradum rerum natura cognatorum vitam consistere non patitur.

Schol. Basilic. XLV, 3, 2 (1).

Ταῦτα τοῦ ῥητοῦ εἰσιν· Οὐκ εὐχερῶς, ὅσον εἰς τὰ ἡμέτερα δίκαια ἀνῆκεν, ἡνίκα περὶ φυσικῆς συγγενείας ζητεῖται, τὸν ζ' βαθμὸν παρεξερχόμεθα, ἐπεὶ οὐδὲ ἡ φύσις ἀνέχεται, ὑπὲρ τοῦτον τὸν βαθμὸν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπεκτείνεσθαι.

Ibid. §. 2. Cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur. Nam quaedam cognationes iure civili, quaedam naturali connectuntur; nonnunquam utroque jure concurrente, et naturali et civili, copulatur cognatio. Et quidem naturalis cognatio per se sine civili cognatione intelligitur, quae per feminam descendit, quae vulgo liberos peperit; civilis autem per se, quae etiam legitima dicitur, sine jure naturali cognatio constitit per adoptionem. Utroque jure consistit cognatio, cum justis nuptiis contractis copulatur. Sed naturalis quidem cognatio hoc ipso nomine appellatur; civilis autem cognatio, licet ipsa quoque per se plenissime hoc nomine vocetur, proprie tamen agnatio vocatur, videlicet quae per mares contingit.

Ibid. 2. Ταῦτα τοῦ ῥητοῦ εἰσιν· Ἡ τῆς συγγενείας σύστασις παρὰ Ῥωμαίοις διπροσώπως νοεῖται· τινὲς μὲν γὰρ συγγένειαι κατὰ τὸ [340]) πολιτικὸν δίκαιον, τινὲς δὲ κατὰ τὸ φυσικὸν συζεύγνυνται [341])· ἔσθ' ὅτε δὲ καθ' ἑκάτερον δίκαιον συντρέχει, καὶ τῷ φυσικῷ δικαίῳ καὶ τῷ πολιτικῷ συνημμένη ἡ συγγένεια· καὶ φυσικὴ μὲν συγγένεια μόνη καθ' ἑαυτὴν νοεῖται δίχα τῆς ἐννόμου συγγενείας, ἡ διὰ τῶν γυναικῶν συντρέχουσα καὶ ἐλευθέρους ἐκ πορνείας τίκτουσα· ἔννομος δὲ συγγένεια καθ' ἑαυτὴν ἡ καὶ λεγιτίμα καλουμένη χωρὶς τῆς φύσεως συνίσταται διὰ τῆς θέσεως· ἑκατέρῳ δὲ δικαίῳ, φυσικῷ καὶ νομίμῳ, συνίσταται συγγένεια, ὅτε ἀπὸ γάμων γνησίως συναλλαγέντων παῖδες τίκτονται· ἀλλ' ἡ μὲν φυσικὴ συγγένεια [κατ'] αὐτὸ τοῦτο καλεῖται συγγένεια, ἡ δὲ ἔννομος, εἰ καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν τελείως καλεῖται συγγένεια, κυρίως δὲ ὅμως ἰδικωτέρῳ ὀνόματι ἀδγνατίων λέγεται, ἡ δι' ἀῤῥένων δηλονότι συμβαίνουσα.

Possis quoque huc referre, et quae ad verbum expressa apud Laurentium Lydum reperiri supra p. 32 sqq. dixeram, et quae aliis in scholiis Basilicorum exstant, ad XXVIII, 8, 63 (5), quibuscum cf. Digest. XXIV, 3, 66, 3, in scholio Basil. XXXVIII, 9, 1 (7), quae conferri possunt cum Digest. XXVII, 9, 1, 4, et in scholio Basil. XLV, 1, 3 (1), quae respondent Digest. XXXVIII, 6, 3, denique quae ex Digest. L, 16 et 17 graece apud varios conversa et in unum collecta apud Reitzium in editione Theophili p. 964 — 1022 habes. Sed quum ejusmodi locos *ἐκ τοῦ πλάτους*, quo nomine vulgo Stepha-

[340]) Vv. *κατα τὸ πολ.* — *τινὲς δὲ* addidit Heimbach. [341]) Edd. *συνζεύγνυνται*.

niana editio Digestorum, interdum et Dorotheana significatur, sumtos esse verba diserte indicent [343]), et quum in utraque editione, certe in Stephaniana, Digesta ad verbum ex latino expressa fuisse constet, alios quoque Digestorum locos ad verbum conversos, etiamsi nomen *τοῦ πλάτους* non sit additum, ex Stephaniana vel, si ad librum XXIV et sequentes pertinent, ex Dorotheana [344]) in Basilica transscriptos esse mihi persuasum est.

Huc pertinet et *Theophili* interpretatio Institutionum, *κατὰ πόδας* quidem facta, sed *παραφράσει* ejus inserta, de qua postea dicetur. Praeter Theophili paraphrasin alias quoque Institutionum conversiones graecas, fortasse a Dorotheo et a Stephano [345]) editas, exstitisse, quibus Graeci inde a Justiniani temporibus per duo fere secula usi essent, Zachariaeus [346]) existimat, sed neque indice Codicis Parisini, quem in praefatione Prochiri attulit, neque duobus quos laudat Prochiri locis [347]), ad Institutiones spectantibus, id mihi probavit. Fragmenta graeca ex libro secundo et tertio Institutionum in Cod. Bodlejano Nr. 195 leguntur [348]), sed cujus haec sint, non constat.

Supersunt vero procul dubio fragmenta conversionis Institutionum, ab Anonymo factae, in Collectione constitutionum ecclesiasticarum [349]), quae excerpta continet corporis Justinianei in graecum translati. Exempli loco haec addidi:

Instit. I, 1, 1.	*Institut. α΄. τίτ. α΄.*
Jurisprudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia.	*Σοφία νόμου ἐστὶν ἡ γνῶσις τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων.*
Instit. II, 1, 8.	*Βιβ. β΄. τίτ. α΄.*
Sacrae res sunt, quae rite et per pontifices deo consecratae sunt, veluti aedes sacrae et donaria, quae rite ad ministerium dei dedicata sunt; quae etiam per nostram constitutionem alienari et obligari prohibuimus, excepta causa redemtionis captivorum. Si quis vero auctoritate	*Σάκρα ἐστὶ τὰ ὀρθῶς καὶ διὰ τοῦ ἱερέως τῷ θεῷ ἀνιερωμένα, ὡς οἱ ναοὶ καὶ τὰ σκεύη, ἅτινα οὔτε πιπράσκεται, οὔτε ὑποτίθεται, εἰ μὴ δι᾽ ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων· καὶ τοῦ ναοῦ δὲ καταπεσόντος μένει ὁ τόπος ἱερός· οὐκ ἔστι*

343) Cf. Basilic. XXVIII, 8, 63 (5); XXXVIII, 9, 1 (7); XLV, 1, 3 (1. 2), quibus adde, ubi legitur *πρόςκειται εἰς τὸ πλάτος*, XXXVIII, 1, 44 (2) et 3, 19 (2).

344) Non ex editione Anonymi, qui summas tantum habet Digestorum. Dorotheum laudat XXVIII, 9, 1 (3), XLV, 1, 28 (20) et XLVII, 3, 42 (2) et ad *τὸ πλάτος* scripsit; cf. Schol. Basil. XLV, 1, 16 (7).

345) Zachariae in Hist. juris p. 26 pro testimonio ejus rei affert scholion Basilic. XXI, 1, 14 (1) et XXII, 5, 1 (2), sed verba Stephani ad commentarium potius, quam ad interpretationem spectant.

346) Praef. Prochir. p. XII et not. 3.

347) p. 83 n. 2 et p. 135 not. 1; neque fragmento de obligationum causis etc., ex Theophili paraphrasi hausto, ut docuit Haubold in Opuscul. T. II p. 350 sqq. ed. Wenck.

348) Cf. Zachariae Prochir. p. 283, c et i.

349) Apud Voellium Biblioth. jur. Canon. T. II p. 1308—1310.

Digitized by Google

δὲ σάκρος, ὅν τις κατ' οἰκείαν αὐθεντίαν ὡς σάκρον ποιήσῃ.

sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. Locus autem, in quo aedes sacrae sunt aedificatae, etiam diruto aedificio sacer adhuc manet, ut et Papinianus scripsit.

Quae, ut alia Collectionis fragmenta, ex interpretatione graeca hausta sunt, sed in brevius contracta.

Huc porro referri possunt constitutiones, quas dicunt *geminas* [350]) sive bilingues, i. leges, quae et graece et latine promulgatae [351]) in libris Justiniani leguntur. Negant [352]) quidem ejusmodi constitutionem ullam, quae genuina sit, in Codice Justinianeo reperiri; nihilominus epistola Justiniani ad Joannem archiepiscopum Romae latine scripta [353]) et alia ad Epiphanium archiepiscopum Constantinopolis graece composita [354]) non tantum, ut ipse Justinianus dicit [355]), similia continent, sed etiam inde a §. prima usque ad finem ita sibi respondent, ut altera alterius verba paene eadem reddat [356]). Idque ope interpretum publicorum saepius esse factum, praesertim si lex ad ecclesiam graecam et ad sacerdotes graecos spectabat, et per se verisimile est, et aliis exemplis, cum Theodosius eam rem praeivisset, comprobatur. Etenim quae in Codice Theodosiano [357]) exstat constitutio de iis, qui ad ecclesias confugiunt, latine totidemque verbis graece scripta [358]), eadem legitur in Codice Justiniani [359]) ita tamen, ut dubium sit, utrum in hoc utraque lex bilinguis [360]) fuerit; sed constitutionem *de confirmatione Digestorum tam* [361]) *graeca lingua* [362]) *quam Romanorum explicitam esse,* procul dubio ut omnibus imperii civibus et graecis et latinis nova juris dictio innotesceret, ipse dicit Justinianus, quamquam alii interpretationem ejus constitutionis graecam Codici serius demum inde ex Antonii Augustini aetate additam esse docent [363]). Denique constitutionem ad Antecessores *Omnem* etc. tam latinam, qualis nunc superest, quam graecam fuisse colligi potest ex duobus locis [364]).

Cujus interpretationis exemplum addidi hoc [365]):

350) Biener Revis. d. Just. Cod. p. 197.

351) Const. ad Antecess. *Omnem* pr., Cod. I, 17, 22 et Novell. LXVI, 1, 1. 2.

352) Biener l. l. et Geschichte der Novell. p. 15 sq. cum not. 40.

353) Cod. I, 1, 8.

354) Cod. I, 1, 7.

355) Cod. I, 2, 7 pr. *πρὸς ὃν (Πάπαν) καὶ τὰ ὅμοια τούτοις γεγράφαμεν.*

356) De aliis constitutionibus, quae latine in Codice (I, 1, 4; 3, 23; 5, 6. 8) et graece in conciliis Chalcedonensibus et Ephesinis exstant, cf. Biener Revis. d. Just. Cod. p. 98 sq. Sunt fortasse et aliae ejusmodi constitutiones, sed res est dubia; cf. Heimbach apud Biener. l. l. p. 13 Append.

357) IX, 45, 4.

358) De qua cf. supra p. 29.

359) I, 12, 3.

360) Graecam tantum fuisse receptam arbitratur Biener l. l. p. 99 et 129.

361) Constit. ad Antecess. *Omnem* etc. pr.

362) Cod. I, 17, 3.

363) Biener Gesch. d. Nov. p. 16 not., p. 176 et Revis. des justin. Codex p. 132.

364) Cod. I, 17, 2 §. 22 et 3 §. 22.

365) Cod. l. l.

Digitized by Google

Imperator Caesar Flavius Justinianus A. ad Senatum et omnes populos.

Tanta circa nos divinae humanitatis est providentia, ut semper aeternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica aeterna pace sopita postque Vandalicam gentem ereptam et Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociatam et leges antiquas iam senio praegravatas per nostram vigilantiam praebuit in novam pulchritudinem et moderatum pervenire compendium; quod nemo ante nostrum imperium unquam speravit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimavit. Erat enim mirabile Romanam sanctionem ab urbe condita usque ad nostri imperii tempora, quae paene in mille et quadringentos[367]*) annos concurrunt, intestinis proeliis vacillantem hocque et in imperiales constitutiones extendentem, in unam reducere consonantiam, ut nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inveniatur, et ne geminae leges pro rebus singulis positae usquam appareant. Namque hoc coelestis quidem providentiae peculiare fuit, humanae vero imbecillitati nullo modo possibile.*

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλ. Ἰουστινιανός, Ἀλαμαννικός, Γοτθικός, Φραγκικός, Γερμανικός, Ἀντικός, Ἀλανικός, Βανδαλικός, Ἀφρικανός, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Ἔνδοξος, Νικητής, Τροπαιοῦχος, Ἀεισέβαστος, Αὔγουστος τῇ μεγάλῃ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ καὶ πάσαις ταῖς τῆς οἰκουμένης ἡμῶν πόλεσιν. Δέδωκεν ἡμῖν ὁ θεός, μετὰ τὴν πρὸς Πέρσας εἰρήνην, μετὰ τὸ κατὰ Βανδίλων τρόπαιον καὶ τὴν ὅλην Λιβύης κτῆσιν καὶ τὴν τῆς ὀνομαστοτάτης Καρχηδόνος ἐπανάληψιν, καὶ τὸ τῆς ἐπανανεώσεως τῶν παλαίων νόμων ἔργον εἰς πέρας ἀγαγεῖν, ὅπερ οὐδεὶς τῶν πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότων[366]*) οὐδὲ εἰς νοῦν βάλλεσθαι ἤλπισεν ἄν, οὔτε δυνατὸν ὅλως τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει αὐτὸ ἂν ἐνομίσθη. Ἦν γὰρ θαυμαστὸν τὴν Ῥωμαίων νομοθεσίαν ἀπὸ τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης κτίσματος μέχρι τῶν τῆς ἡμετέρας βασιλείας χρόνων, οἵπερ ἀμφὶ τὰ χίλια καὶ τριακόσια ἔτη συντρέχουσιν, οὐκ ἐν τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι πρὸς ἅπασαν ἄξειν*[368]*) συμφωνίαν τε καὶ διαφωνίαν, καὶ τὸ μὲν μαχόμενον αὐτῆς*[369]*) ἐξελεῖν, τὸ δὲ ταὐτόν τε καὶ ὅμοιον ἐξωθῆσαι· μίαν δὲ αὐτῇ κάλλους ἰδέαν*[370]*) παρασχεῖν, ὥστε ἕνα τὸν κείμενον ἐφ᾽ ἑκάστῳ καθεστάναι πράγματι νόμον, τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς καὶ τῆς ἐκεῖθεν φιλανθρωπίας ἴδιον ἦν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀνθρωπίνης τινὸς διανοίας ἢ ἐγχειρήσεως ἢ δυνάμεως ὅλως.*

Singulare autem habet haec sive interpretatio de latino expressa, ut Porta [371]) vult, sive, quod cum Contio [372]) malim, latinae constitutionis metaphrasis graeca, cum latinis eodem certe tempore, ut subscriptio indicat, composita, quod latinis pressior formulas juris latinas, ut tunc fieri solebat [373]), retinet et ad intelligendum facilior est,

[366]) Male addunt *ἐκεῖ.*

[367]) Alii *trecentos* recte.

[368]) Corrig. fortasse *ἀεὶ εἶναι.*

[369]) i. *νομοθεσίας*; alii *αὐτοῖς.*

[370]) Al. *εἰδέαν.*

[371]) Corp. Jur. Justin. ed. Spangenberg T. I.

[372]) Praef. edit. Pandectarum, teste Spangenbergio.

[373]) Zachariae apud Richterum l. l. p. 799.

Digitized by Google

ita ut eam ad restituenda et explicanda latina [374]), dummodo id caute facias, optime adhibere possis.

Ad conversionem denique *κατὰ πόδας* factam eae quoque Justiniani *Novellae* referri possunt, quae bilingues [375]) nobis supersunt. Etenim quamquam nunc constat Novellas, inprimis quae ad res ecclesiasticas et ad usum communem omnium civium pertinebant [376]), maximam partem graece [377]) fuisse scriptas, aliae tamen (XIV sive XVI), quae vel ad terras occidentem versus, Illyricum et Italiam, vel ad munia publica magistratuum spectant, anno DXXXV [378]) et sequente latine sunt editae. Et quum ratio ita ferret aliaeque juris Justinianei partes in graecum essent conversae, facile fieri potuit, ut singulae quoque constitutiones et decisiones, quales sunt Novellae, ex tabulario principali, Triboniano [379]) vivo, simul latine et graece scriptae exirent [380]). Fuerunt vero hae [381]): Novella XVII, quae nunc graeca tantum exstat excepto prooemio latino, quod in graecis deest [382]), Novella XVIII, cujus exemplum latinum intercidit [383]), Novella XXXII graece et XXXIV latine scripta [384]), quae tamen ita inter se differunt, ut altera ex altera conversa esse dici non possit, et Novella CXI [385]). Quibus si non plures nobis supersunt, ejus rei causa in collectione Novellarum non publice, sed privatim facta quaeras; utrae vero prius sint scriptae, latinae an graecae, ad liquidum perduci non potest. Jam vide unum, quod habemus, exemplum Novellae conversae.

Haec [386]) ***constitutio innovat constitutionem, quae praescriptionem centum annorum venerabili-***	*Περὶ* [387]) *τοῦ χρόνοι τῶν ἁρμοζουσῶν ἀγωγῶν τοῖς εὐαγέσι τόποις.* *Ὅπερ τὰ φάρμακα ταῖς νόσοις, τοῦτο παρ-*

[374]) Graecorum contra interpretum audaciam in aliquot Novellis notat Pet. Fabri in Semestr. III, 24 p. 389 sqq.

[375]) Cf. Novell. LXVI, 1, 1. 2.

[376]) Biener Gesch. d. Novell. p. 20.

[377]) Nov. 9. 11. 17. 23. 33 — 37. 62. 65. 75 (104). 111. 114. 138. 143 (150); cf. Biener l. l. p. 440 sqq., qui ibidem (p. 19) etiam plures Novellas latine promulgatas in vulgata, quam dicunt, latere existimat.

[378]) Itaque statim cum Codice repetitae praelectionis latine scripto; reliquae vero Novellae eaeque pauciores (111. 114. 138. 143) ab anno DXLI — DLXIII.

[379]) Is enim, cui *omne ministerium* legum perscribendarum *impositum* fuit, vir latine eruditus, Novellas quoque latinas composuit; unde fortasse explicandum, quod plures Novellae latinae anno DXXXV et sequente, paucae vero postea i. post mortem Triboniani sunt promulgatae.

[380]) Hugo Lehrb. d. Gesch. d. röm. Rechts p. 755 (1822).

[381]) Earum numerum aliter constituit Fabric. B. Gr. T. XII p. 372 (Ed. I).

[382]) Biener l. l. p. 442.

[383]) Biener l. l. p. 19 et p. 442 sq.

[384]) Biener l. l. p. 27 et 445.

[385]) Hombergk Praef. Novell. Interpretat., Spangenberg Röm. Justin. Rechtsb. p. 73 et Biener l. l. p. 91 et 462.

[386]) Constit. Authent. CVI. Verba latina, qualia exhibuimus, una cum graecis fuisse edita docet Biener l. l. ex eo, quod Julianus (Nov. CIV) et auctor Collect. constit. eccles. III, 2, 5 apud Voell. T. II p. 1350 eadem vel habent, vel indicant.

[387]) Novell. CXI.

Digitized by Google

bus locis dederat. Imp. Justinianus Aug. Theodoto Orientalium Praetoriorum Praefecto.

Quod medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotiis. Unde consequitur, ut nonnunquam à judicio discordet effectus et, quod credebat conjectura prodesse, experimento inveniatur inutile. Probat igitur hoc praesentis etiam necessitas sanctionis, in qua privilegium, ex religioso proposito sacrosanctis ecclesiis et monasteriis aliisque religiosis locis constitutione nostra nuper indultum, necessaria correctione distinguimus. Dudum siquidem jusseramus, ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cujus licentiam sanctionis negotia quidem multa commota sunt, et velut antiquorum vulnerum obductae patuerunt iterum cicatrices, et eorum sanitas provenire non potuit, probationum scilicet difficultatibus impedita, quoniam per tantum seculi magis quam temporis spatium nec documentis integritas, nec actis fides, nec aetas valet testibus suffragari.

ἔχουσι τὰ νόμιμα τοῖς πράγμασιν· ὅθεν ἀκόλουθόν ἐστι γινώσκειν, ὅτι πολλάκις τὰ δοκιμασθέντα παρά τινος ἐναντίον ἔσχε τὸ ἀποτέλεσμα, καὶ ὅπερ ἕκαστον [388]) στοχασμὸς ἐνόμισεν ἐπωφελὲς εἶναι, ἐξ αὐτῆς τῆς πείρας εὑρέθη ἄχρηστον. Δεικνύει τοῦτο καὶ ἡ τῆς παρούσης νομοθεσίας ἀνάγκη, ἐφ' ἧς τὸ πρὸ βραχέος χρόνου προνόμιον, τὸ παρασχεθὲν ἔναγχος ἐξ εὐσεβοῦς σκοποῦ ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καὶ τοῖς μοναστηρίοις καὶ τοῖς ἄλλοις σεβασμίοις τόποις ἐκ τῆς ἡμετέρας διατάξεως, ἀναγκαίᾳ τινὶ διορθώσει διασφαλίζομεν [389])· εἰ γὰρ καὶ ἤδη πάλαι ἐκεκελεύκειμεν ἐπὶ ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς τοῖς σεβασμίοις τόποις τοὺς τῆς παραγραφῆς δρόμους ἐπεκτείνεσθαι, καθ' ἣν ἀδείᾳ τῆς τοιαύτης νομοθεσίας πολλαὶ μὲν ἤδη κεκίνηνται ὑποθέσεις, καὶ ὥσπερ ἀρχαίων τραυμάτων αἱ ἐπικαλυφθεῖσαι ὠτειλαὶ πάλιν ἡπλώθησαν, καὶ ἡ τούτων θεραπεία προσελθεῖν οὐκ ἠδυνήθη, δηλαδὴ ταῖς δυσκολίαις τῶν ἀποδείξεων ἐμποδισθεῖσα, ἐπειδὴ [390]) διὰ τοσούτου διαστήματος τοῦ αἰῶνος μᾶλλον ἤπερ τοῦ χρόνου οὔτε ἡ ὀκεραιότης τῶν ἀποδείξεων, οὔτε ἡ πίστις τῶν πεπραγμένων, οὐδὲ ἡ ἡλικία ἰσχύει βοηθῆσαι τοῖς μάρτυσιν.

Quibus inter se collatis apparet non tantum ex singulis vocibus, v. c. *στοχασμός*, *προνόμιον*, *ἑλκύειν*, *ἐπέκτασις* (protelatio [391]), *περσονάλιαι*, *ἔδικτα*, sed etiam ex orationis nexu ejusque structura, latina in graecum esse translata [392]), ita ut nonnulla quidem hic illic interpretandi causa addita sint, tota vero Novella ad verbum sit bene satisque eleganter expressa. Hombergkius [393]) autem, omnes Novellas graece esse scriptas, nisi ubi contrarium possit demonstrari, arbitratus, in hac quoque Novella latina graecae dictionis vestigia sibi invenit, ita ut ipsi ex graeco exemplo in latinum translata videatur.

Hic erat primus atque vere dicendus convertendi modus, qualem Justinianus ipse

[388]) Cod. *ἑκάστου στόματος ἐν. ἐπωφελὴς — ἄχρηστος*; correxit Hombergk.

[389]) Ex conject. Hombergkii. Cod. *διασφαλιζομένου*.

[390]) Delevi cum Hombergkio *δέ*, nisi vis corrigere *γέ*.

[391]) Id est dilatio, quod vocabulum in lexicis deest.

[392]) Idem arbitratus est Contius teste Spangenbergio.

[393]) Praef. Novellar. interpretationis.

Digitized by Google

praeceperat; sed quum Imperator [394]) idem sine dubio propter multitudinem et ambitum legum professoribus et juris peritis concessisset, ut Digesta *per indices* quoque explicarent, alia leges in graecum transferendi via inventa est, quam rectius aptiusque leges docendi sive tractandi rationem dixeris. *Index* legum enim apud jure consultos, ut Theophilus [395]) docet, est id quod summa [396]) sive brevis expositio, legibus proprie inscripta vel adscripta, ubi summa tantum capita, brevius longiusve [397]) exscripta, servato ordine legum proponuntur; unde evenit, ut Scholiastis Basilicorum v. *ἰνδικεύειν* [398]) sit id quod summatim [399]) exponere vel etiam interpretari [400]) (*ἑρμηνεύειν*) et *ἰνδικεύτης*, quo vocabulo saepius utuntur [401]), sit is qui summarium rei fecit sive summam ex libro excerpsit [402]). Indices autem vel partem commentariorum longiorum efficiebant, vel *Summas*, quas dicunt, in unum collecti exhibebant [403]). Cujusmodi indices *κατ' ἐπιτομὴν* facti vel *σύντομοι* sive *ἐπιτομαὶ* legum Justiniani, prouti res et usus postulabat, tunc plures quam aliae interpretationes sunt compositi; laudantur vero indicum scriptores hi, qui sequuntur.

Primus est *Anatolius* [404]) magister, *qui et ipse apud Berytienses juris interpres constitutus, vir ab antiqua stirpe legitima* [405]), a Justiniano allectus Tribonianum in colligendis Digestis [406]) adjuvit. Is Matthaeo Blastare [407]) teste brevissimam Codicis Justinianei, interpretationem graecam edidit; et sane quae in scholiis Basilicorum aliisque in libris

[394]) Const. de concept. Dig. §. 12. *Sed sufficiat per indices tantummodo — quaedam admonitoria ejus* (legum collectionis) *facere*.

[395]) Instit. IV, 18, 11, ubi vv. *summo digito et quasi per indicem ea tetigisse* graece redduntur *καὶ ἄκρῳ γεύσασθαι τῷ δακτύλῳ διὰ συντόμου παραδόσεως*; ubi cf. Fabrot. Sic et Ascon. in Cic. Verr. I, 9 *quasi per indicem rem exponebant* i. summatim et Gaius Institut. III. §. 54 et IV §. 15.

[396]) Reitz ad Theophil. p. 1246. G. E. Heimbach Anecd. T. I p. XVIII: *Index h. e. brevis totius tituli adumbratio secundum singularum legum consequentiam*; adde ib. p. 221 et T. II. p. XLVII.

[397]) Ita ut interdum paraphrases Theophili Institutionum et Stephani Digestorum nomine Indicis significentur.

[398]) XVIII, 2, 7 (1) Zachar.

[399]) Hinc Scholia Basilicor. XI, 1, 63 (8) ad Indicem remittunt i. ad Basilica ipsa, ita dicta respectu habito librorum Juris, ex quibus sunt exscripta.

[400]) Mylius in histor. Theophili p. 1066 Reitz.

[401]) Sic dicuntur Cyrillus et Stephanus ad Basil. XXII, 5, 31 (fin.).

[402]) Cf. ea de re Zachar. apud Richterum l. l. p. 797 sq.

[403]) Zachariae ad Anecd. p. 178 et apud Richterum l. l.

[404]) De Anatolio cf. praeter Suares. Not. Basil. §. 20 Fabric. B. Gr. XII p. 345 (Ed. I.), Reitz Exc. XX ad Theophil. p. 1244, ea, quae habet Heimbach de orig. Basil. p. 39 sq., et Zachariae apud Richterum l. l. p. 802 sqq.

[405]) Const. *de confirm. Dig.* §. 9, ubi plura de stirpe ejus leguntur. Fuit nepos Eudoxii, filius Leontii Antecessorum Berytiensium.

[406]) Eadem commentariis explanasse fertur, cujus rei testimonium afferunt scholion Basilic. XXV, 1, 6, sed res admodum dubia est.

[407]) Apud Fabric. B. Gr. T. XII p. 370 (Ed. I.) *τοὺς κώδικας — ἐκδέδωκε Θεόδωρος Ἑρμουπολίτης συντετμημένως, ἔτι δὲ συντομώτερον Ἀνατόλιος.*

Digitized by Google

reperiuntur fragmenta [408]) Anatolii, indolem ejus interpretationis atque naturam, qualem Blastares indicat, in universum comprobant. En exemplum:

Codex II, 5.

De errore calculi.

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Aureliano Quarto. Errorem calculi, sive ex uno contractu, sive ex pluribus emerserit, veritati non afferre praejudicium, saepe constitutum est. Unde rationes etiam saepe computatas denuo tractari posse, si res judicatae non sunt, vel transactio non intervenit, explorati juris est. Sed et si per errorem calculi velut debitam quantitatem, quum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit. Dat. VI. Kal. Mart. AA. Conss.

Schol. Basilic. XI, 2, 61.

Ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ τιτ. [409]) περὶ ψήφου πεπλανημένης. Ἡ πλάνη τῆς ψήφου, εἴτε ἐν ἑνί, εἴτε ἐν διαφόροις συναλλάγμασι γένηται, οὐ προκρίνει τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' ἀναψηλαφᾶται [410]) πολλάκις ἡ ψῆφος, εἰ μὴ τὸ πρᾶγμα ἐκρίθη ἢ εἰς διάλυσιν ἠνέχθη· εἰ δὲ καὶ κατὰ πλάνην ψήφου ἰνδεβίτως τις ὡμολόγησεν, ἔχει κονδικτίκιον ἢ [411]) λιβερατίονα.

Addam alios locos, quorum duplex triplexve interpretatio exstat et Anatolii, et Theodori, de quo postea videbimus, et *τοῦ κατὰ πόδας*, ut graeca non modo cum latinis, sed etiam inter se comparari possint.

Schol. Basilicorum XI, 2, 19.

Ἀνατολίου·

Ἐάν τις ἐπὶ κληρονομίᾳ διαλυσάμενος ὡμολόγησε δοῦναί τι, εἰ μὲν κατέβαλεν, οὐ ῥεπετιτεύει· εἰ δὲ μὴ κατέβαλεν, ἀπαιτεῖται, κἂν ψευδῶς διελύσατο.

Codex II, 4, 2.

Imp. Antonius A. Luctatio.

Quum te proponas cum sorore tua de hereditate transegisse et ideo certam pecuniam ei te debere cavisse, etsi nulla fuisset quaestio hereditatis, tamen propter timorem litis transactione interposita, pecunia recte cauta intelligitur; ex qua causa si fisco solvisses, repetere non posses, et si non solvisses, tamen jure convenireris. PP. III Id. Aug. Antonino A. IV et Balbino II Conss.

T. I p. 691 Heimb.

Θεοδώρου·

Καὶ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑπούσης τὰ δοθέντα καὶ συμφωνηθέντα ἀπὸ τῆς προβαινούσης διαλύσεως οὐκ ἀνατρέπεται· ἀνάγνωθι καὶ τὴν κγ' καὶ λη' διατάξεως τοῦ παρόντος τιτ.

408) Fragmenta indicavit Reitz l. l. et Zachariae l. l. p. 803 sq., ubi tamen locus Basil. II, 4, 19 (p. 85 Heimb.) non recte additur.

409) i. tituli.

410) In lexicis deest.

411) Heimb. vult εἰς, recte.

Digitized by Google

Codex IV, 20, 2.

Basilic. XXI, 1, 26. Schol. Basilic. XXI, 1, 26. T. II p. 402. Heimb.

Τὸ κατὰ πόδας.

Ἐὰν ζήτησίς σοι περὶ εὐγενείας γένηται, ἀσφάλισαι τὴν δίκην συμβολαίοις καὶ ἐλέγχοις, οἷς νομίζεις· μόνοι γὰρ μάρτυρες εἰς εὐγενείας ἀπόδειξιν οὐκ ἀρκοῦσι.

Οὕτως ἔχει ὁ Ἀνατόλιος·

Ἡ εὐγένεια διὰ συμβολαίων καὶ ἑτέρων ἀποδείξεων ὀφείλει δείκνυσθαι· μόνοι γὰρ μάρτυρες οὐκ ἀρκοῦσιν εἰς τὸν περὶ εὐγενείας λόγον.

Θεόδωρος·

Ἐν τῇ περὶ εὐγενείας δίκῃ οὐκ εἰσὶ μόνοι δεκτοὶ καὶ προσφερόμενοι μάρτυρες, ἀλλὰ καὶ ἰνστρουμέντων χρεία πάντως· μὴ οὖν ἐναντιωθῇ σοι ἡ διάταξις ιε' τοῦ κα' τιτ. τοῦ παρόντος βιβλίου· τὸ γὰρ ἐνταῦθα λεχθὲν ἰδικὸν δέξαι ἐπὶ εὐγενείας. ἀνάγνωθι καὶ βιβλίου ζ' τιτ. ιδ' διάταξιν ε' καὶ τιτ. ις' διάταξιν δ' καὶ μέμνησο καὶ τῆς γ' διατάξεως τοῦ μβ' τιτ. τοῦ β' βιβλίου.

Codex IV, 32, 11. Schol. Basilicor. XXIII, 3, 60. T. II p. 724. Heimb.

Τὸ κατὰ πόδας ἔχει οὕτως.

Ἐκ τοῦ κτήματος τοῦ εἰς ἐνέχυρον διδομένου ὁ δανειστὴς μετὰ τὸ προσενεχθῆναι αὐτῷ νομίμως τὸ χρέος, ὅπερ οὐκ ἐβουλήθη λαβεῖν, ἐὰν καρπὸν ἔλαβε, κουφίζεσθαι τὸ χρέος κεχρεώστηται [412].

Ἀνατολίου·

Ἐὰν ὁ δανειστὴς προσενεχθέντος αὐτῷ τοῦ χρέους μὴ δέξηται αὐτό, οἱ καρποί, οὓς ἂν λάβῃ μετὰ ταῦτα ἐκ τοῦ ἐνεχυρασθέντος ἀγροῦ, εἰς κεφάλαιον αὐτῷ λογισθήσονται.

Θεοδώρου·

Ἐὰν μὴ δέξηται ὁ δανειστὴς προσφερόμενον αὐτῷ τὸ χρέος, ἀναγκάζεται καταλογίζεσθαι τῷ χρεώστῃ τοὺς καρποὺς τοῦ ἐνεχύρου εἰς τὸ κεφάλαιον. μέμνησο τῆς α' διατάξεως καὶ β' καὶ γ' τοῦ κδ' τιτ. τοῦ προκειμένου βιβλίου.

Ex quibus vides, neutrum cum interpretatione *τοῦ κατὰ πόδας* congruere, neque Anatolium ea usum fuisse. Ejusdem Anatolii esse fragmenta, quae ex libro octavo Codicis, inde a tit. 4 sqq., graece conversa in Basilicorum contextu reperiantur, Zachariaeus [413]) opinatur. Summae vero Codicis *παραγραφαὶ* sive adnotationes, ut videtur, erant additae [414]).

Indicem sive Summam *Thalelaeus* quoque, de quo supra p. 37 diximus, editioni suae Codicis adjunxit, ita ut singulis constitutionibus argumentum vel praemitteret, vel in margine adscriberet [415]). Index vero ejus plerumque in contextum Basilicorum translatus est [416]), passim in scholia. Exempli loco summam Cod. II, 8 (9), 3 et 9 (10), 2 descripsi, qualis in Basilicis VIII, 1, 38 et 41 legitur [416a]), simulque comparandi causa summam Theodori addidi.

412) Fabr. corr. *ὡμολόγηται.*

413) l. l. p. 803.

414) Schol. Basil. XXI, 1, 39 (11).

415) Zachariae apud Richterum l. l. p. 815.

416) Zachariae l. l. p. 818.

416a) Deest quidem nomen Thalelaei, sed Thalelaei haec esse verba ex scholiis colligi potest.

Digitized by Google

Thalelaei.	*Codicis Justiniani.*	*Theodori.*
Τὰ τοῦ δημοσίου δίκαια ἀποκρύπτων ὁ τοῦ δημοσίου συνήγορος ἢ τοὺς ἰδιώτας ὀνόματι τοῦ δημοσίου συκοφαντῶν τιμωρείσθω.	*Fisci advocatus, poenas metuens, caveat ne fiscalia commoda occultet, neve ullo negotio existente fisci nomine privatis audeat calumnias commovere.*	Μὴ συκοφαντείτω ὁ συνήγορος μήτε ἰδιώτας τῷ τοῦ φίσκου ὀνόματι.
Ἡ τῶν ὑπαγορευόντων τὰς δεήσεις πλάνη μὴ ἀδικείτω τὴν ἀλήθειαν· μὴ γενομένης οὖν καταδίκης, ἐὰν ὡς γενομένης ἐδεήθης, οὐδὲν περὶ τὴν δίκην βλαβήσῃ.	*Errores eorum, qui desideria i. e. preces scribunt, veritati praejudicium afferre non posse manifestum est. Et ideo si condemnationem, cujus mentionem libello insertam esse proponis, manifeste probare potes non intercessisse, allegationes tuas laedi non oportere is, qui super negotio disceptaturus est, non ignorabit.*	Ἡ πλάνη τῶν τὰς δεήσεις ὑπαγορευόντων οὐ βλάπτει τὴν ἀλήθειαν.

Porro *Theophilus*, de quo post videbimus, unus ex professoribus Constantinopolitanis sub Justiniano, indicem τῶν πρώτων i. e. Digestorum Lib. I — III et librorum de judiciis et de rebus (Lib. IV—XX) sive ἑρμηνείαν [417]) i. e. interpretationem argumenti vel summarium cum commentariis [418]) scripsit [419]), cujus fragmenta, ex scholiis Basilicorum potissimum collecta, G. O. Reitz [420]) typis exscribenda curavit et Zachariaeus [421]) plenius indicavit. Sunt autem, ut apparet, particulae enarrationis [422]) ex scholis Theophili servatae, quae sensum cujusque legis pluribus explicant et exemplis illustrant, ita ut singula legis verba plerumque graece reddantur. En vero exempla nonnulla:

Digest. XVII, 1, 23.	Schol. Basilic. XIV, 1, 23..
Hermogenianus libro II juris Epitomarum. Sane si valetudinis adversae vel capitalium inimicitiarum, **24.** *Paulus libro II Sententiarum. seu ob inanes rei actiones,* **25.** *Hermogenianus libro II juris Epitomarum. seu aliam justam causam excusationis alleget, audiendus est.*	*Θεοφίλου.* Εἰ δὲ νόσος διεκώλυσεν ἢ κεφαλικὴ ἔχθρα παρεντεθεῖσα μεταξὺ ἐμοῦ καὶ τοῦ δεδωκότος τὸ μανδάτον ἐνεπόδισε πληρωθῆναι τὸ ἐνταλθέν, ἢ καὶ πολλάκις ἐνετειλάμην σοι κινῆσαι τὰς ἁρμοζούσας μοι ἀγωγάς, σὺ δὲ κατανοήσας ταύτας καὶ εὑρὼν σαθρὰς οὐκ ἐκίνησας, ἀλλ' εὔλογον αἰτίαν προεβάλου, διαφεύγεις τὴν μανδάτι καὶ ταῦτα μὴ πληρώσας τὸ μανδάτον.

[417]) Schol. Basilic. XXIII, 1, 44 p. 642.

[418]) Reitz ad Theophilum T. II p. 1066 n. 44 commentarios ab indice diversos fuisse male dicit.

[419]) Cf. Schol. Theophili Inst. II, 18, 1.

[420]) In edit. Theophili p. 944 — 957.

[421]) Apud Richter. l. l. p. 817.

[422]) Ad eam remittit discipulos in Paraphr. Instit. II, 3, pr.; IV, 6, 20 etc.

Digitized by Google

26. §. 2. Abesse intelligitur pecunia fidejussori, etiamsi debitor ab eo delegatus sit creditori, licet is solvendo non fuerit, quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum.

§. 6. Non omnia, quae impensurus non fuit, mandatori imputabit, veluti quod spoliatus sit a latronibus, aut naufragio res amiserit, vel languore suo suorumque apprehensus quaedam erogaverit; nam haec magis casibus, quam mandato imputari oportet.

Ibid. 26 (4).

Θεοφίλου. Ἐὰν προφάσει τῶν ἐποφειλομένων ἡ περιουσία μειωθῇ τοῦ ἐγγυησαμένου με, ἐνάγομαι τῇ μανδάτι· μειοῦσθαι δὲ δοκεῖ οὐ μόνον, ἐν ᾧ κατέβαλεν τὸ χρέος, ἀλλὰ καὶ ἐν ᾧ τὸν οἰκεῖον δεβίτορα ἐδελεγάτευσε τῷ ἐμῷ κρεδίτορι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἄπορος ὁ ὑπ' αὐτοῦ δελεγατευθεὶς εὑρεθῇ· εὔπορος γὰρ εἶναι δοκεῖ ὁ δελεγατευθεὶς, εἰ κατεδέξατο αὐτὸν ὁ κρεδίτωρ, ᾧ ἐδελεγατεύθη· διὸ ἐναχθήσομαι ὑπὸ τοῦ ἐγγυητοῦ.

Ibid. 26 (11). *Θεοφίλου. Ἐὰν ἐντείλωμαί σοι καταβαίνοντι τήνδε τὴν χώραν, πρᾶξαί τι πρᾶγμα διαφέρον ἐμοί, ποιήσῃς δὲ περὶ τὴν ἀποδημίαν ταύτην δαπανήματα, ὅσα μὲν ἤμελλον ἐγὼ δι' ἐμαυτοῦ τὴν χρείαν ἀνύων δαπανᾷν, ταῦτα λήψῃ· οὐ πάντα δέ, ὅσα καὶ ἐδαπάνησας, ἀπαιτηθήσομαι· τοῦτο σαφέστερον νοεῖς ἐκ τοῦ ἑπομένου ἀναγνώσματος Γαΐου· οἷον λῃσταῖς περιπεσόντα σε κατὰ τὴν ὁδὸν συνέβη γυμνωθῆναι τῆς ἐσθῆτος, ἢ ναυαγίου συστάντος, ἅπερ ἔτυχες ἐπικομιζόμενος, ἀπώλεσας, ἢ νόσου τοῖς σοῖς ἢ καὶ σοὶ αὐτῷ προσγενομένης περὶ τὴν θεραπείαν ἐδαπάνησας· ταῦτα γὰρ οὐκ ἀπαιτήσεις τὰ τυχηρά· τύχῃ γὰρ ἐπιγράφειν ἢ τῷ μανδάτῳ καταλογίζεσθαί σε δεῖ.*

Similem rationem in exscribendo et interpretando jure Justiniani iniit *Stephanus*[423]) antecessor Constantinopolitanus, diversus ab eo, qui cum aliis Triboniano praesidente digesta composuit[424]). Is, qui Theophilo[425]), Thalelaeo et Dorotheo[426]) superstes fuit, magister Theodori[427]), sub imperio Justiniani exeunte indicem Codicis, *σύντομον κώδικα* sive *σύντομον τοῦ κώδικος* scripsit. Cujus indicis fragmenta, saepius Lambecio[428]) teste ab Anonymo in collectione MS. legum variarum laudati, Zachariaeus in Anecdotis p. 181 — 184 ex codicibus edidit, alia in collectione constitutionum ecclesiasticarum[429]) apud Voellium[430]) latere putat[431]). Excerpta breviarii haec typis describenda curavi.

[423]) Cf. de eo Bach Hist. jurispr. p. 629 sq., Theoph. ed. Reitz p. 28 sqq., Zachariae apud Richterum l. l. p. 813 et in Anecdotis p. 176 sqq.

[424]) Quod C. G. E. Heimbach de orig. Basilic. p. 28 cum aliis putat; sed cf. Zachariae Anecdot. p. 179 §. 7 et G. E. Heimbach Anecd. T. I p. 203.

[425]) Schol. Basilic. XXIII, 1, 32 (15).

[426]) Schol. Basilic. XII, 1, 58 (1).

[427]) Schol. Basilic. XXI, 1, 45 (1).

[428]) Comment. de bibl. Caes. VI p. 11, ubi est *ἐκ τοῦ ὀγδόου βιβλίου τοῦ συντόμου κώδικος Στεφάνου Ἀντικήνσορος· ὁ βίας ἐκτὸς κ. τ. λ.*

[429]) Lib. I. tit. 1 — 13.

[430]) Biblioth. jur. canon. p. 1223 — 1302.

[431]) Zachariae in Anecd. p. 177 et apud Richter. l. l. p. 796; et sane plane eadem leguntur in excerptis Stephani apud Zachar. Anecd. p. 189 et apud Voellium p. 1296, fere eadem apud Zachariae ibid. et apud Voellium p. 1301 sq., similia apud Zachariae p. 182 et apud Voellium p. 1270.

Digitized by Google

Cod. VI, 23, 18.

Impp. Arcadius et Honorius AA. Africano Pf. U. Testamenta omnia ceteraque, quae apud officium censuale publicari solent, in eodem reserentur, nec usquam permittatur fieri ulla translatio. Mos namque retinendus est fidelissimae vetustatis, quem si quis in hac urbe voluerit mutare, irritam mortuorum videri faciet voluntatem. Dat. XII. Kal. Octob. Constantinop. Caesario et Attico CSS.

Στεφάνου ἀντικένσορος τοῦ κώδικος[432]). *Κεφ. ιη΄ Αἱ διαθῆκαι καὶ ὅσα ἕτερα παρὰ τῷ μαγίστρῳ τῶν κένσων ἐμφανίζεται, παρ' αὐτῷ ἀποκείσθωσαν· καὶ γὰρ ὁ παραβὰς ἄχρηστον ποιείτω τὴν τοῦ testatoros βούλησιν.*

Ibid. **22.**

Imp. Zeno A. Sebastiano Pf. P. Dictantibus testamenta vel aliam quamlibet ultimam voluntatem, legatum vel fideicommissum, vel quodcuuque aliud quolibet legitimo titulo testatorem posse relinquere, minime dubitandum est. Testibus etiam ad efficiendam voluntatem adhibitis pro suo libitu, quod voluerit testator relinquere, non prohibetur. Dat. Kal. Maii, Constantinop. Basilio juniore V. C. Cons.

Ibid. κβ΄.

Ὁ τὰ τελευταῖα διατυπῶν καταλιμπανέτω legata ἢ fideicommissa οἷς βούλεται καὶ κατὰ ἄλλον οἱονδήποτε νόμιμον τίτλον, καὶ αὐτοῖς δέ, εἰ βούλεται, τοῖς τῇ βουλήσει μαρτυροῦσιν.

Vides breviarium Codicis Stephaniani, omissis iis, quae legem vel exponunt, vel probant, in fines angustos fuisse coactum, ita tamen ut summa legis inde facile cognoscatur. Describit Zachariaeus[433]) Codicem *σύντομον* Stephani his verbis: *Ordine plane eodem compositus erat, quem Justinianeus Codex sequitur. Rubricas titulorum Codicis latinas exhibuisse videtur, adjecta fortasse versione graeca; nam in Codice Bodlejano* **3399** *rubrica tituli* **30** *libri VI Codicis latine effertur*[434]), *in Appendice Eclogae autem nec non in Collectione constitutionum ecclesiasticarum rubricae graece versae reperiuntur. Quivis titulus fere duabus partibus constabat. Prima pars singularum deinceps constitutionum epitomas sive summas continebat, quae tum brevitatis, tum vocum latinarum, quae quasi technicae essent, retinendarum studio conspicuae essent. Altera pars παράτιτλα*[435]) *complectebatur*[436]) *i. e. collectionem omnium locorum ad materiam ejus tituli pertinentium, qui deinceps in aliis Codicis titulis et in Novellis Justiniani constitutionibus reperiri potuissent.*

[432]) Ex Cod. Bodlejan. Nr. 3399 F. 102 apud Zachariae Anecdot. p. 181.

[433]) Anecdot. p. 178.

[434]) Zachariae Anecd. p. 183.

[435]) Quaenam sint *παράτιτλα* apud Ictos, docet Zachariae apud Richterum l. l. p. 796 sq. ex Matthaeo Blastare (ap. Fabric. B. Gr. T. XII p. 370 ed. I), qui dicit *παράτιτλα καθ' ἕκαστον τίτλον ἀναπληρώσεις ἔχοντα τῶν παραλελειμμένων χρησίμων.*

[436]) Cf. Zachariae Anecd. p. 189 cum Paratit. constit. ecclesiast. apud Voellium p. 1296, ubi eadem leguntur.

Quam praeiverat viam Codicis Justinianei in brevius cogendi et edendi Stephanus magister, eandem *Theodorus*[437]), discipulus[438]) ejus, in eodem Codice retractando est secutus. Hermopoli[439]) Aegypti natus, unde cognomen Hermopolitani[440]) habet, Constantinopoli, postquam jurisprudentiae ibi operam dedit, scholasticus[441]) sive causarum actor sub Tiberio imperatore vel post Tiberium[443]) est factus[444]) et anno circiter DLXXVIII summam Codicis, ut Blastares[445]) testatur, *Κώδικα* vel *σύντομον Κώδικα*[446]) scripsit. Haec summa, quae interdum et ipsa *τὸ πλάτος* dicitur[447]), hic illic in Basilicis, maximam vero partem in scholiis[448]) Basilicorum plerumque cum excerptis ex editione Thalelaei conjuncta, reperitur, ita ut prope tota possit restitui. Cujus rei periculum fecit Zachariaeus in Anecdotis p. XXXVII—XLII. Ex scholiis autem Basilicorum fragmenta codicis Theodori transierunt in synopsin et eclogam Basilicorum; alia supersunt in Prochiro[449]) et in Epanagoge, in tractatu de creditis, in recentiore *τῶν ῥοπῶν* recensione, in Synopsi Attaliotae et in codicibus[450]), qui vel singula fragmenta, vel synopsin erotematicam Codicis continent; breviarium enim Theodori in minori quidem erat auctoritate, quam Thalelaei opus, nihilominus Graeci eo saepius sunt usi[451]). Fragmenta collegit Zachariaeus[452]). Locos aliquot

[437]) De *Theodoro* cf. Reitz Exc. XX ad Theophil. p. 1240 sq., Fabric. B. Gr. V, 30 T. IX p. 197 (T. X p. 397 Harl.), Biener Gesch. d. Novell. p. 64 sqq., C. G. E. Heimbach de orig. Basil. p. 36 sqq., G. E. Heimbach Anecd. p. 201 sq. et Zachariae apud Richter. l. l. p. 816 et in Prolegom. Anecdot. p. XXII sqq. et p. XLV sq.

[438]) Cf. Schol. Basilic. XXI, 1, 45 (1), quod G. E. Heimbach quidem Anecd. T. I p. 203 negat propter scholion Basil. XI, 2, 46 (1), ubi Theodorus quidam a Thalelaeo commemoratur; sed is est alius, verisimiliter idem qui cum Thalelaeo in Inscript. constit. *Omnem* nominatur.

[439]) G. E. Heimbach l. l. T. II p. 297 et Zachariae Anecd. p. XXVIII, unde et *Θηβαῖος* dicitur i. ex Hermopoli Thebaidis oriundus; cf. Heimbach apud Richterum l. l. 1839 p. 976.

[440]) Non *Hermopolita;* cf. G. E. Heimbach Anecd. l. l. p. 202.

[441]) G. E. Heimbach l. l. et 272 T. II p. 298 et Zachar. Anecd. p. XXVII sq.

[443]) G. E. Heimbach l. l. p. 298 et Zachar. l. l. p. XLVIII.

[444]) Alius fuisse videtur ejusdem aetatis Theodorus, qui Nov. 82 cap. 1 Cyzicenus esse dicitur et fortasse in Inscript. const. *Omnem* ad Antecessores commemoratur, alius idemque junior Theodorus Hermopolitanus, qui *νόμον παρεκβολὴν ἐκ τῶν βασιλικῶν* scripsit; cf. Biener l. l. p. 66 et C. G. E. Heimbach l. l. p. 37 sq.

[445]) Apud Fabric. B. Gr. T. XII p. 370 Ed. I. *τοὺς κώδικας — ἐκδέδωκε Θεόδωρος Ἑρμοπουλίτης συντετμημένως.*

[446]) Zachariae Anecd. p. XXXI et XXXIV.

[447]) Schol. Basilic. XL, 1, 18 et fortasse LX, 6, 25 (4).

[448]) K. Witte in libro: Die leges restit. p. 30 sq. dicit summam et contextui esse insertam, sed cf. Haubold. Manual. Basil. Praef. p. IV, Biener l. l. p. 66 sq. et Zachariae apud Richterum l. l. T. XVI p. 809. 816. 822 — 826 et 828, ubi scholia Basilicorum ex Codice Theodori hausta brevi in conspectu ponuntur. *Σύνοψιν καὶ Ἐκλογὴν ἐκ τῶν κωδίκων Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου* in bibliotheca Vindobonensi asservari dicit Lambec. Comment. VI p. 15 et 33; cf. de ea Heimbach de orig. p. 37.

[449]) In priore ejus parte; cf. Zachariae Praef. Prochiri p. LXII ibique not. 30; verba tamen latina, maxime in formulis juris, plerumque sunt mutata; cf. Zachariae ib. p. LXIII.

[450]) Cf. de his et de libris antea laudatis Zachariae Anecd. p. XXXII.

[451]) Zachariae Anecd. p. LI sq.

[452]) Anecd. p. XXXVII — XLII.

Digitized by Google

hujus breviarii supra quidem p. 49 transscripsi, adjungo tamen initium loci alius a Zachariaeo restituti [453]).

Cod. IX. tit. 42. *De abolitionibus.*

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Paternae. Praeses provinciae, si perspexerit abolitionem ad omnia crimina, quae mota sunt, pertinentem a se impetratam, ne semel finita instaurentur, intercessione auctoritatis suae prospiciet. Supplicatione vero porrecta nutui principali, praefata abolitione sopitum crimen ab eadem persona revocari potest. PP. XV. Kal. Decemb. Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss.

Τίτλος μβ'. Περὶ συγχωρήσεων.

Ὁ [454]) κατήγορος αἰτῶν ἀβολιτίονα οὐκέτι κινεῖ τὸ αὐτὸ ἔγκλημα· ἀνάγνωθι τὴν γ' διάτ. τοῦ μέ τί. τοῦ παρόντος βι. λέγουσαν, ὅτι ὁ αἰτῶν ἀβολιτίονα ἐπὶ τῷ λαβεῖν τι, κἂν παραβαθῇ, οὐκέτι γυμνάσει τὸ αὐτὸ ἔγκλημα· φησὶ δὲ ἡ δ' διάτ. τοῦ αὐτοῦ μέ τίτλου, ὡς ὁ ἀποστὰς τοῦ ἐγκλήματος εἰ κινήσει πάλιν περὶ αὐτοῦ, ἐκβάλλεται παραγραφῇ· ἀνάγνωθι τὴν ἑξῆς β' διάταξιν.

Ex quibus apparet Theodorum Codicem non *κατὰ πόδα* transtulisse, quod scholia Basilicorum indicare videntur [455]), sed breviarium potius Codicis scripsisse, quod epitomis sive summariis constitutionum constabat. Summaria in libros fortasse tot, quot habet Codex Justiniani, erant divisa, ita tamen ut auctor breviarii non singulas cujusque tituli constitutiones deinceps excerperet, sed totum quemque titulum in partes, a numero latinarum plerumque recedentes, distribueret [456]). Cum excerptis, quae Stephanianis breviora fuisse videntur, in unum erant conjuncta, aliter atque apud Stephanum, *παράτιτλα* vel *παραπόμπαὶ* [457]) i. e. loci vel ex Codice ipso, vel ex Novellis hausti, qui rem quod attinet similia continebant. Addita quoque erant alia, quae sibi repugnare viderentur, et quaestiones, *ἐρωτήσεις*, una cum responsis, *ἀποκρίσεσι* sive *λύσεσι*, quae rem dubiam disceptarent [458]). Cum his vero confundi non debet Synopsis erotematica, cujus scriptor codice Theodori usus esse videtur [459]).

Tum a Theodoro Digesta simili modo retractata et explanata esse dicunt [460]) et rem probaturi locum Basilicorum hunc afferunt:

Digest. XXII, 1, 1.

Papinianus libro II Quaestionum. Cum judicio bonae fidei discepta-

Schol. Basilic. XXIII, 3, 1 (1).

Θεοδώρου·

Ἐπὶ τῶν βόνα φίδε δικαστηρίων ἐπιτέτρα-

[453]) Anecd. p. XXXVIII sq., ubi vide reliqua, ex quibus rationem totius operis cognoscas.

[454]) Basilic. T. VII p. 927 Fabrot.

[455]) Cf. Schol. Basilic. LX, 6, 21, 4. Zachariae in Anecd. p. XXXIII ejusmodi locos rectius constituendo explicat.

[456]) Zachariae l. l. p. XXXV.

[457]) Scholiasta Basilic. XXIII, 1, 65 (1) nominat *παραγραφήν*.

[458]) Zachariae Anecd. p. XXXVI sq. et p. XXXIX.

[459]) Zachariae l. l. p. XLI sq.

[460]) Biener Gesch. d. Nov. p. 66.

Digitized by Google

tur, arbitrio judicis usurarum modus ex more regionis, ubi contractum est, constituitur, ita tamen ut legem non offendat.

πται τῷ δικαστῇ διαγινώσκειν περὶ τῶν τοκων καὶ τούτους ὁρίζειν πρὸς τοὺς ἐν τῷ κλίματι συχνάζοντας τόκους, ἐν ᾧ καὶ γέγονε τὸ συνάλλαγμα, μόνον εἰ μὴ νόμος ἐναντιοῦται· τοῦτ' ἔστι, τότε χρὴ τὸν δικαστὴν προσέχειν τῷ ἔθει τοῦ κλίματος, ὅταν ὁ τόκος ὁ συχνάζων ἐν τῷ κλίματι μὴ παρατρέχει τὴν ἡμιεκατοστήν [460 a]).

Sed cum Blastares Theodori interpretationem Digestorum non commemoret et pauca tantum fragmenta ejus conversionis inter scholia exstent, neque ea quidem codicum auctoritate satis confirmata (cf. Basilic. XXVIII, 8, 18 ibique Heimb.), Zachariaeus [461]) hunc locum et quatuor alios Dorotheo potius tribuendos esse recte judicat.

Denique idem Theodorus breviarium [462]) Novellarum cum adnotatione locorum similia continentium, *σύντομον* [463]) *τῶν νεαρῶν σὺν παραπομπαῖς* composuit, editum a Zachariaeo [464]) ex codice monasterii maximae Laurae in Anecdotis p. 1 — 165. Novellae CXI summa, qualem Theodorus constituit, haec est:

De praescriptione C. annorum sublata, quae sanctis ecclesiis et aliis locis venerabilibus competebat.

Jubemus [465]) *ut in negotiis, quae antehac XXX annorum removebat exceptio, nunc venerabilibus ecclesiis vel monasteriis et xenonibus, nec non orphanotrophiis ac brephotrophiis et ptochiis XL annorum protelatio conferatur, salva scilicet inter alias personas et causas virtute, quam semper tricennalis sibi praescriptio vindicavit, quoniam hanc X annorum adjectionem religiosis locis praestamus, ut personales et hypothecariae actio-*

Περὶ τοῦ χρόνου τῶν ἁρμοζουσῶν ἀγωγῶν τοῖς εὐαγέσι τόποις.

Ἅτινα δόγματα.

Πᾶσα [466]) *ἀγωγὴ προσήκουσα σεπτῷ οἴκῳ, εἴτε personalia* [467]), *εἴτε ὑποθηκαρία ἐστίν, οὐχ ὑπερβαίνει τὰ μ' ἔτη, τῶν ἁρμοζουσῶν ἑκάστῳ οἴκῳ τοιούτῳ εὐαγεῖ προσκαίρων παραγραφῶν, φυλαττουσῶν μέντοιγε τοὺς οἰκείους χρόνους· ὁμοίως* [468]) *φησὶν ἡ ρλα' νεαρά· ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τι. β' διάτ. κγ', ἔνθα φησὶν ρ' ἔτεσι μόνον φθείρεσθαι τὰς ἀνηκούσας τοιούτοις σεπτοῖς τόποις ἀγωγάς, ὁμοίως καὶ*

460 a) Vocabulum deest lexicis.

461) In Anecdot. p. XL et apud Richter. l. l. p. 809.

462) Cf. de eo Biener Gesch. d. Nov. p. 68 et Zachariae apud Richter. l. l. p. 816 et in Hist. juris Graeco-Rom. p. 29. Breviarium sub Tiberio esse confectum opinatur Heimbach apud Richter l. l. 1839 p. 964.

463) Anecd. p. XXVII.

464) Fragmenta ejus, maximam partem e scholiis Basilicorum collecta, antea ediderat G. E. Heimbach in Anecd. T. I p. 225 — 259; excerpta Novellarum, quae ex Theodoro in Basilica transierunt, indicavit Heimbach apud Richterum l. l. 1839 p. 991.

465) Dedimus verba latina, qualia apud Julianum (Nov. CIV) leguntur; eadem (*Jubemus ut — — religiosis locis*) exstant in Authent. Collat. VIII Tit. XII. Initium ejusdem novellae latinae cum graeco vide supra p. 41 sq.

466) *Πᾶσα — χρόνους* in Basilic. V, 3, 16.

467) Scrimger. *προσωπική*, ut in Basilicis.

468) *ὁμοίως — διάτ. κγ'* desunt apud Scrimgerum et Haloandrum.

469) G. E. Heimbach vult *τῶν ἐπὶ αἰχμαλώτων λύτρωσιν*, Zachariae *τῶν περὶ ἐπὶ αἰχμ.*

Digitized by Google

nes in tanto tempore propagentur, annali autem exceptioni vel triennali vel aliis hujusmodi exceptionibus non derogetur. Haec autem constitutio et in praeteritis temporibus locum habet, nisi quaedam causae amicali transactione vel judiciali sententia sopitae sint. Dat. Kal. Jun. CP. Imp. Dn. Justin. A. PP. a. XV. Basilio V. C. Cos.

τὰς ἐπὶ τοῖς ἑαθεῖσιν εἰς[469]) *λύτρωσιν αἰχμαλώτων. Πλὴν σημείωσαι, ὅτι ἡ προκειμένη διάταξις οὐκ ἐμνημόνευσε τῶν ἐπὶ αἰχμαλωσίᾳ*[470]) *ἑαθέντων ἀγωγῶν· ὥστε οὖν νομίζω, ὅτι μέχρι τοῦ νῦν μόνον τῇ ἑκατονταετίᾳ καὶ οὐχὶ τῇ τεσσαρακονταετίᾳ φθείρονται· μέμνησο*[471]) *τῆς μ' νεαρᾶς. Ἐξεφωνήθη μηνὶ Ἰουνίῳ ἔτει ιε'*[472]) *τῆς βασιλείας ὑπατείᾳ Βασιλείου.*

Inde apparet Theodorum, et a Nomophylace [473]) *φιλοσύντομον* appellatum, brevitatis admodum studiosum fuisse et rubricam, quam dicunt, Juliana et vulgata breviorem[474]) habere. Idem inscriptiones Novellarum omisit [475]), sed prima cujusque Novellae verba latina propter morem citandi tunc vulgarem addidit et sollennia juris vocabula hic illic servavit, a librariis demum postea neque semper recte in graecum translata [476]); subscriptiones autem latinas ipse in graecum convertit [477]). Indolem breviarii Theodori Zachariaeus his describit verbis [478]): *Theodorus sanctiones, quas uno quasi et cohaerente tractatu quaelibet Novella complectitur, in minutas partes dissecuit et distinxit. Hinc regulas quasi et specialia praecepta, usus plerumque imperativo dicendi genere, confecit. Brevia autem illa praecepta singulis deinceps θέμασιν vel capitibus proposuit; et hactenus quidem Theodori epitomae similes sunt iis, quas Julianus Antecessor et Athanasius Scholasticus confecerunt, nisi quod breviores sint Julianeis, clariores autem Athanasianis.* Excerpta operis hic illic in contextu [479]), saepius in scholiis Basilicorum [480]), apud Harmenopulum [481]), saepissime in codicibus [482]) Novellarum inveniuntur.

Porro *Cyrillus* [483]) Jctus, qui post Stephanum juris professorem [484]) seculo sexto post Christum exeunte floruisse videtur, Digestorum interpretationem sive editionem

470) Scrimger. et Haloand. *αἰχμαλωσίαν.*

471) *μέμν. — νεαρᾶς* desunt apud Scrimg. et Haloandrum.

472) Scrimg. et Haloand. *ιε' αὐτοκράτορος Ἰουστινιανοῦ ἐπὶ ὑπατείας Βασιλείου.*

473) Schol. Basil. XXI, 1, 45 (21).

474) Zachar. Anecd. p. XXVIII.

475) Zachar. l. l.

476) Zachar. l. l. p. XXIX. Ita v. *δόγματα* aperte falsum est; fortasse enim librarius *meditamenta* legit pro *medicamenta.*

477) Zachar. l. l.

478) l. l. p. XXIX sq.

479) Basilic. II, 6, 27; XXIII, 3, 78 sq. et Biener l. l. p. 130. 140.

480) Heimbach Anecd. T. I p. 223 sqq. et Zachariae apud Richterum l. l. XVI p. 818.

481) Lib. V, 9, 17, ubi dicitur *ὁ συντεμὼν τὰς νεαράς*; cf. Theodor. Breviar. Nov. 92 et Schol. Basilic. XLI, 5, 1 (1), quem locum neglexerunt.

482) Biener l. l. p. 91.

483) De quo cf. Reitz Exc. XX ad Theophil. p. 1235, Heimbach de orig. p. 31 sqq. et Zachariae apud Richter. T. XVI p. 807 sq. Noli eum confundere cum Heroe Cyrillo, Icto antiquioris aetatis, quod Heimbachio accidit.

484) Videtur enim in Schol. ad Basil. XII, 1, 29 (5) Stephanum laudare; Reitz contra l. l. p. 1245 sine justa causa eum ante a. DXXXV floruisse censet.

Digitized by Google

breviorem (ἔκδοσιν)[485] curavit. Haec interpretatio sive index[486] continebat summam Digestorum vel brevem expositionem, unde et Matthaeus Blastares[487] Cyrillum Digesta κατ' ἐπιτομὴν interpretatum esse dicit. Indicis autem Cyrilliani excerpta vel in scholiis Basilicorum[488], vel in Basilicis ipsis[489], plerumque cum excerptis Stephanianis conjuncta, tot occurrunt, ut libri partem maximam facili negotio inde restituere possis. Quod vero existimant, editionem graecam Digestorum εἰς τὸ πλάτος a Cyrillo esse confectam[490], id nullo modo potest probari; immo scholia Basilicorum τὸ πλάτος Digestorum, quod iis[491] fere semper est contextus cum explicationibus Stephani, a verbis Digestorum Cyrillianis distinguentia[492]) indicem solum Digestorum a Cyrillo scriptum esse aperte docent. Inveniuntur sane et adnotationes Cyrilli inter scholia Basilicorum, vel separatim positae, vel cum indice conjunctae, quae verba legum singularum uberius explicant[493], exemplis casibusque demonstrant[494], interdum παραγραφὰς vel παραπομπὰς addunt[495]; sed hae, nisi sunt alieni fetus, quod passim cognocere licet[496], vel ad marginem indicis erant scriptae[497], vel, quod malim, ex commentariis separatis sunt haustae, quibus Cyrillus Digesta latius exposuerat. Ut indicem Cyrilli accuratius cognoscas, hos elegi locos:

Digest. III, 3, 43 §. 6 — 45 init.	Schol. Basilic. VIII, 2, 43 p. 386 Heimb.
Qui non cogitur defendere absentem, tamen si judicatum solvi satisdedit defendendi absentis gratia, cogendus procurator judicium accipere, ne decipiatur is, qui satis accepit. Eos tamen, qui non coguntur rem defendere, post satisdatio-	Κυρίλλου· Ὁ ἑκουσίως δεφενδεύων τινά, ἐὰν δῷ τὴν ἰουδικάτον σόλουι, ἐὰν τῇ τοῦ χρόνου παραδρομῇ βλάπτηται ὁ ἄκτωρ, ἀναγκάζεται δεφενδεῦσαι.

[485]) Schol. Basil. XII, 2, 8 (3), XXVIII, 8, 63 (5) et XLI, 1, 74.

[486]) Qui cum indice Digestorum Stephaniano confundi non debet, a quo scholia Basilicorum ἔκδοσιν Cyrilli distinguunt, cf. XI, 1, 37. 40 (16). 63 (2); 2, 8 (34 et 35); XII, 2, 8 (3), ita ut aliis quoque in locis, ubi ἴνδεξ commemoratur, solus Stephani index sit intelligendus; cf. Basil. LX, 5, 10 (8) et Zachariae l. l. p. 797 sq. Cyrillus Ἰνδικεύτης quidem in schol. Basilic. XXII, 5, 31 (2) dicitur, sed propter Stephanum, qui ibi additur.

[487]) Cf. Corrigenda in Histor. Juris Graeco-Roman. ed. Zachariae p. ult., unde emendanda sunt, quae habet Heimbach de orig. Basil. p. 31.

[488]) Zachariae l. l. p. 808 et quae conspectus tabularum praebet ibi p. 822 — 827.

[489]) Cf. XXVIII, 8, 63 (5), XXXVIII, 3, 13 (1), XLI, 1, 78 et LX, 3, 27 (25).

[490]) Reitz ad Theophilum p. 1235, Heimbach l. l. p. 31 et 33 et Zimmern Gesch. d Röm. R. T. I, 1 p. 398.

[491]) Schol. Basil. VIII, 1, 9; 2, 55; cf. et Biener Gesch. d. Novell. p. 147 n. 65.

[492]) Cf. supra not. 486 et adde schol. Basilic. XXVIII, 8, 63 (5) et LX, 3, 27 (25).

[493]) Schol. Basil. XI, 1, 7 (fin.); 40 (13 cf. 16); XII, 1, 8; 29 (5); 63 (6).

[494]) Ibid. XI, 1, 5; 27 (37); 2, 3 (4).

[495]) Ibid. XI, 1, 5; 27 (37); XII, 2, 19 (5).

[496]) Cf. ibid. XI, 1, 17 (fin.); XII, 1, 41; 63 (20) et Zachariae l. l. p. 821; sic et adnotationes aliquot ad Codicem in scholiis Basilicorum nomen Cyrilli prae se ferunt, quod falsum esse Zachariae l. l. p. 808 monet.

[497]) Zachariae l. l.

Digitized by Google

nem cogi, Labeo, causa cognita temperandum, ait, et si captio actoris sit propter temporis tractum, judicium eum accipere cogendum; quodsi aut affinitas diremta sit, aut inimicitiae intercesserint, aut bona absentis possideri coeperint, (44. Ulpianus libro VII Disputationum) vel si longinquo sit abfuturus, vel alia justa causa intervenerit, (45. Paulus libro IX ad Edictum) non cogendum. Sabinus autem ait: nullas Praetoris partes esse ad compellendum defendere, sed ex stipulatu ob rem non defensam agi posse; at si justas causas habeat, cur judicium accipere nolit, fidejussores non teneri, quia vir bonus arbitraturus non fuerit, ut, qui justam excusationem afferret, defendere cogeretur; sed et si satis non dedit, sed repromittenti ei creditum est, idem statuendum est.

εἰ μέντοι ἡ πρὸς τὸν πρωτότυπον ἀγχιστεία διελύθη, ἢ ἔχθρα παρενετέθη, ἢ. εἰς νομὴν ἐπέμφθη τῶν πραγμάτων αὐτοῦ, ἢ ἀποδημία, ἢ ἄλλη αἰτία ἐμποδίζει, οὐκ ἀναγκάζεται· μᾶλλον δὲ οὐ δύναται ἀναγκάζεσθαι. Ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἀλόγως παραιτεῖται, κομμιτεύεται ἡ ἰουδικάτον σόλουι, εἰ δὲ εὐλόγως, οὐ κομμιτεύεται· ταὐτόν ἐστι κἂν ἱκανὰ οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ᾽ ἐπηρωτήθη.

Ib. 45, 2.

*Si procuratori opus novum nuntiatum sit, isque interdicto utatur, ne ei vis fiat aedificanti, defensoris partes eum sustinere, nec compelli cavere, ratam rem dominum habiturum, Julianus ait. **Et si satis dederit, non animadverto,** inquit Julianus, **quo casu stipulatio committatur.***

Schol. Basilic. VIII, 2, 45 p. 387.

Κυρίλλου.

Προκουράτωρ μετὰ παραγγελίας αἰτήσας ῥεμεσίονα, ἀχρήστως ἀπαιτεῖται τὴν ῥάταμ ῥέμ.

Complexus est [498]) autem Cyrillus in indice contextum Digestorum paucis verbis, ita ut latiora comprehendendo obscuriora simul declararet, verba singula Digestorum mox servaret, mox cum aliis commutaret [499]); idem formulas juris latinas plerumque in graecum non convertit, exempla alia atque in latinis interdum proponit, ubique auctores legum et subscriptiones in summis omittit.

Eadem ratione in edendis vel explicandis Digestis usus esse dicitur *Julianus* [500]), Stephani discipulus [501]) et ipse antecessor Constantinopolitanus, non professor, ut alii opinantur, neque ex iis, qui jussu Justiniani leges in corpus collegerunt. Floruit magna auctoritate (*νομικὸν φάος*) [502]) sub imperio Justiniani exeunte et sub Justino juniore [503]) anno circiter DLXX, atque dum alii operam dabant, ut leges latine scriptae

[498]) Cf. Schol. Basilic. VIII, 2, 70, 71. 107; XI, 1, 6. 7. 10. 13. 14. 16. 17. 21. 23. 24 sqq.

[499]) Ita verba Digest. XXIII, 3, 60 *quousque ratio patitur*, teste Schol. Flor. Basil. XXIX, 1, 56, *μεταφράζων — λέγει μὴ ὑπὲρ τὸ νομιμόν*, ubi *μεταφράζων* opponitur *τῷ ἑρμηνεύοντι Στεφάνῳ*.

[500]) Cf. de eo Biener Gesch. d. Novell. p. 70 sqq., Heimbach de origine Basilic. p. 43 et Zachariae Anecdot. p. 207.

[501]) Colligunt id ex schol. Basilic. XVI, 1, 6 (2).

[502]) Anthol. Graec. T. II p. 516 Br. (T. III p. 216 Jac.).

[503]) Biener l. l. p. 74 sq. et Jacobs Anthol. Graec. T. XIII p. 906.

Digitized by Google

in graecum transferrent, ipse commodis Italiae recens expugnatae prospiciens Novellas Justiniani tam graecas quam latinas ita retractavit, ut plerasque in epitomen latinam diligenter redigeret [504]), verba graeca accurate secutus, servatis plerumque vocabulis artis, et sermone satis eleganti usus [505]), quippe qui linguae latinae peritissimus fuisset. Idem scripsisse fertur *Summam graecam Digestorum* sive indicem cum *παραγραφαῖς* vel *παρατίτλοις* [506]), quam Basilicorum scriptores in usum suum adhibuisse dicuntur. Qui enim in scholiis Basilicorum et apud Ictos graecos serioris aetatis nominatur interpres Digestorum anonymus, Zachariaeo [507]) auctore est Julianus antecessor. Et sane Anonymum atque Enantiophanem, quem dicunt, eundem esse Ictum Zachariaeus bene demonstravit ex eo, quod uterque eundem librum scripsit [508]) et eodem scribendi genere est usus; sed argumenta, quibus probare studet [509]), Anonymum et Julianum eundem esse scriptorem, mihi neque gravia, neque probabilia esse videntur. Nihilominus fieri potest, ut Anonymus idem sit atque Julianus; summam certe Digestorum ab Anonymo confectam fuisse et alii auctores docent, et scholion [510]) Basilicorum ostendit, ubi Anonymi editio a Cyrilliana diserte distinguitur; accedit quod auctor summae Theophilum [511]), Dorotheum [512]) et fortasse Stephanum [513]) laudat. Fragmenta autem summae, cui et nomen *τὸ πλάτος* fuisse videtur [514]), partim in Basilicorum contextu et in scholiis [515]), partim in aliis libris v. c. in Prochiro [516]) et Nomocanone [517]) leguntur; praeterea loci Digestorum summatim conversi in *παρατίτλοις* Anonymi inveniuntur [518]). Fragmentum, ex editione Anonymi nobis servatum, Zachariaeo sponsore hoc est:

[504]) Hugo Lehrbuch der Geschichte d. Röm. Rechts p. 808 (1822). Alius eodem fere tempore conversionem Novellarum graecarum vulgarem, quam dicunt, confecit.

[505]) Biener l. l. p. 82 sq.

[506]) Cf. Heimbach de orig. Basil. p. 89 et Zachariae in Anecdot. p. 197 not. 4 et p. 207.

[507]) Apud Richterum l. l.; idem jam antea Biener Gesch. d. Novell. p. 56 conjecerat.

[508]) Cf. Schol. Basilic. XLVII, 3, 25 (1) cum 3, 42 (4) et Photii Nomocan. T. II p. 909 apud Voellium.

[509]) Anecd. p. 204—206; utrumque enim dicit fuisse discipulum, ut videatur, Stephani, utrumque linguae latinae peritum et antecessorem jus in urbe Constantinopolitana docuisse; unum Julianum inter Digestorum interpretes non commemorari et similitudinem, quae inter Modestini conversionem latinam et paraphrasin Anonymi intercedat, hac tantum conjectura explicari posse. Quae impugnat G. E. Heimbach apud Richterum l. l. 1839. II p. 970 sqq.

[510]) Basil. LX, 3, 27 (25). *Τοῦτο δὲ τὸ θέμα κεῖται ἐν τῇ τοῦ Κυρίλλου ἐκδόσει, οὐ μὴ καὶ ἐν τῷ Ἀνωνύμῳ*; cf. et schol. Basilic. XXVIII, 8, 63 (5).

[511]) Schol. Basil. XIII, 1, 18 (4).

[512]) Schol. Basil. XXXVIII, 9, 1 (3); XLV, 1, 28 (20) et XLVII, 3, 42 (2).

[513]) Schol. Basil. XXI, 2, 6.

[514]) Schol. Basil. XXVIII, 8, 63 (4) et XLV, 1, 16 (17).

[515]) Cf. Basil. XXIV, 1, 8 et 8, 5 cum schol. Basil. XXVIII, 4, 22 (1); cf. Zachariae Anecd. p. 206 not. 41 et apud Richterum p. 804 sq.

[516]) In prima certe parte; cf. Zachariae Praef. Proch. p. LXII.

[517]) Zachariae Anecd. p. 197.

[518]) Cf. Schol. Basil. XIV, 1, 32 (1); XXVIII, 4, 21 (5); 5, 32 (3); 8, 2 (3); 8, 25 (9).

Digitized by Google

Digest. XII, 4, 8.

Neratius libro II Membranarum.

Quod Servius in libro de dotibus scribit: si inter eas personas, quarum altera nondum justam aetatem habeat, nuptiae factae sint, quod dotis nomine interim datum sit, repeti posse, sic intelligendum est, ut, si divortium intercesserit prius, quam utraque persona justam aetatem habeat, sit ejus pecuniae repetitio; donec autem in eodem habitu matrimonii permaneant, non magis id repeti possit, quam quod sponsa sponso dotis nomine dederit, donec maneat inter eos affinitas. Quod enim ex ea causa nondum coito matrimonio datur, quum sic detur tanquam in dotem perventurum, quamdiu pervenire potest, repetitio ejus non est.

Basilic. XXIV, 1, 8.

Νερατίου·

Ἐὰν[519]) *ὁ εἷς τῶν συναφθέντων μήπω τῆς τῶν γαμεῖν*[520]) *ὀφειλόντων ἡλικίας ἐστίν, εἰ μὴ γένηται διαζύγιον, οὐκ ἀποδίδοται τὸ δοθὲν ἐν προικί, ὥςπερ οὐδὲ τῇ μνηστῇ, ἐφ᾽ ὅσον ἡ μνηστεία συνίσταται· το γὰρ διδόμενον ἐν προικί, ἐφ᾽ ὅσον δύναται γενέσθαι προὶξ ἤτοι*[521]) *γάμος, οὐκ ἀποδίδοται.*

Quibus adde, quae in iisdem scholiis [522]) bis et in contextu Basilicorum leguntur.

Digest. XII, 7, 5.

Papinianus libro XI Quaestionum.

Avunculo nuptura pecuniam in dotem dedit neque nupsit; an eandem repetere possit, quaesitum est. Dixi: quum ob turpem causam dantis et accipientis pecunia numeretur, cessare condictionem et in delicto pari potiorem esse possessorem; quam rationem fortassis aliquem secutum respondere, non habituram mulierem condictionem.

Basilic. XXIV, 8, 5.

Παπινιανοῦ·

Ἐὰν γυνὴ μέλλουσα γαμεῖσθαι[523]) *θείῳ ἢ προγονῷ ἢ πενθερῷ ἐπιδῷ ἐν προικὶ καὶ μὴ γαμηθῇ, ἀναλαμβάνει*[524])· *οὐ γὰρ ἐπὶ αἰσχρότητι, ἀλλ᾽ ἐπὶ γάμῳ ἐδόθη, ὥστε*[525]) *μήτε χώραν ἔχειν τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· ὅπου αἰσχρότης ἐστὶν τοῦ διδόντος καὶ τοῦ λαμβάνοντος, ἀργεῖ ἡ ἀνάληψις*[526])· *καὶ ὅτι ἐν ἴσῳ ἁμαρτήματι ἐπικρατέστερός ἐστιν ὁ νεμόμενος.*

Vides Anonymum in his eadem ratione, qua Cyrillus, usum esse et latina, quae bene intellexit [527]), in compendium quasi redacta graece reddidisse, additis interdum singulis, quae ad intelligendum necessaria viderentur.

Sed ut redeam ad Julianum antecessorem, is epitomen Novellarum *ὡς ἐν ἰνδικι*

519) Eadem leguntur bis in schol. Basilic. XXVIII, 4, 22 (1).

520) Schol. alterum *τῶν γάμων ἡλικίας.*

521) *ἤτοι γάμος* desunt in utroque scholio.

522) l. l. XXVIII, 4, 22 (1); cf. et quae in Basilic. XXXVIII, 6, 9 et in schol. l. l. leguntur cum Digest. XXVII, 6, 11.

523) Schol. a. *γαμ. χρήματα πρὸς μητρὸς θείῳ.* Schol. b. *ἐπιδῷ προῖκα.*

524) Schol. b. *ξεπετιτεύει.*

525) Schol. a. *καὶ οὐκ ἔχει χώραν ὁ κανὼν ὁ λέγων· ἔνθα ἐστ. αἰσχ.*

526) Schol. b. *ξεπετιτίων.*

527) Singula verba latina retinet; cf. schol. Basil. VIII, 1, 1 p. 328 et XXI, 2, 13 (10).

Digitized by Google

sive expositionem, latina sua summa breviorem, graece edidit [528]). Epitomes fragmenta fortasse habemus in Anecdotis graecis Zachariaei p. 208 sqq. et in scholiis, non in contextu Basilicorum [529]). Inter fragmenta vero codicis Bodlejani Nr. 3399, qui Anonymi summas Novellarum continet, synopsis Novellae latinae CXLIII, fortasse a Juliano composita [530]), his legitur verbis [531]):

Περὶ ἁρπαγείσης γυναικὸς καὶ γαμουμένης τῷ ἁρπάσαντι. Legis interpretationes.

Γυνὴ γαμηθεῖσα τῷ ἁρπάσαντι αὐτὴν οὐ δύναται λαβεῖν τὰ πράγματα αὐτοῦ, οὔτε ἐκ τοῦ νόμου, οὔτε ἐκ διαθήκης αὐτοῦ, οὔτε τῶν μετασχόντων τοῦ μίσους· ἀλλ' οἱ γονεῖς αὐτῆς λαμβάνουσιν αὐτά, εἰ μὴ ἰδικῶς τῷ γάμῳ συνήνεσαν· εἰ μὴ περίεισι, φισκοῦνται τὰ τοιαῦτα πράγματα.

Quae, si non ex ipso latino [532]) translata sunt, certe non sine cognitione linguae latinae excerpta esse patet, ut inscriptio et v. *φισκοῦνται* docent. Exordium, finis et alia, quae supervacanea sunt visa, epitomator rescidit, *quantum* [533]) *fieri potuit, brevitatis studiosus, immo aliquando obscurus, dum brevis esse laborat.*

Interpretibus, qui Novellas excerpserunt vel *κατ' ἐπιτομὴν* in graecum converterunt, adnumerandus est *Athanasius* [534]) Emisenus, fortasse Antiochiae [534 a]) scholasticus i. e. causarum patronus, cujus nomine circumfertur delectus Novellarum, ab ipso post annum DLXXII retractatus, sive *ἐπιτομὴ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων κατὰ τίτλους συγκειμένη μετὰ καὶ τῶν ἑκάστου τίτλου παρατίτλων*, edita in Anecdotis Heimbachii I p. CI — 198. Athanasius [535]) enim sub Justini II imperio [536]) Novellas Justiniani integras ita excerpsit, ut singulas pro rebus, quas continent, et pro certis quibusdam locis, non vulgari, sed temporis ordine servato, in XXII titulos redigeret et titulo cuique *παράτιτλα* i. e. excerpta earum Novellarum, quae similia [537]) habent, certa ratione adderet. Idem Novellas commentario sive notis explanavit, eam ob rem a scholiis Basilicorum saepius commemoratus [538]), et Suaresio auctore excerpta *ἐκ τῶν Διγέστων καὶ τοῦ θ' βιβλίου Κώδικος*, quae in codice Vaticano servantur, elegisse

[528]) Heimbach Anecd. T. II p. L et Zachariae apud Richter. l. l. p. 804.

[529]) Cf. schol. Basil. XXIII, 1, 76 (8) cum Novell. C et cum excerpti Juliani Nov. XCIII.

[530]) Inter Juliani certe epitomen latinam et graecam Anonymi similitudinem quandam intercedere putat Zachariae Anecd. p. 203 sq. et in 'Ροπαῖς p. 77 not.

[531]) Zachariae Anecd. p. 222.

[532]) Zachariae l. l. p. 201.

[533]) Zachariae Anecdot. p. 204.

[534]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. XI p. 584 Harl., Zimmern Gesch. d. röm. Privatr. I, 1 p. 399 sq., Heimbach. de orig. Basil. p. 43 sq., Zachariae apud Richterum l. l. p. 805, in 'Ροπαῖς p. 81 et G. E. Heimbach in Anecd. Tom. I p. III sqq.

[534 a]) Zachariae in Wien. Jahrb. 86 p. 317.

[535]) Zachariae apud Richterum p. 796 et in Histor. jur. Graeco-Rom. p. 29.

[536]) Heimbach Anecd. T. I p. VII sq. et Tom. II p. 292; non sub Justiniano, ut docet Zachariae in Wien. Jahrb. T. 86 p. 212 sq.

[537]) G. E. Heimbach in Anecd. I p. XVIII.

[538]) Cf. Reitz Exc. XX ad Theophil. T. II p. 1234.

Digitized by Google

dicitur. Exempli loco addam Novellae CXI summam, quae legitur apud Athanasium Tit. II. const. 5 his verbis [539]):

Ἡ [540]) διάταξις ἀναιροῦσα τὴν τῶν ρ' ἐνιαυτῶν παραγραφὴν ἐπὶ τῶν εὐκτηρίων οἴκων. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἠλίᾳ ἐπάρχῳ Ἰλλυρικᾶς. Quod medicamenta morbis.

Ἀναιροῦσα ἡ διάταξις τὸ προνόμιον τῶν ἐκκλησιῶν καὶ εὐαγῶν οἴκων, τὸ βουλόμενον τὴν τῆς ἑκατονταετίας παραγραφὴν ἀντικεῖσθαι αὐτοῖς, παρακελεύεται ἀντὶ ταύτης τὴν τῆς τεσσαρακονταετίας εἶναι παραγραφὴν καὶ μόνῃ ταύτῃ [541]) τὰς τῶν ἐκκλησιῶν καὶ εὐαγῶν οἴκων ἐκβάλλεσθαι ἀγωγάς [542]). Σημείωσαι ὅτι ἐπὶ τοῖς κεχρεωστημένοις ταῖς πόλεσιν καὶ τοῖς εἰς ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων καταλειφθεῖσιν, ἐφ' οἷς δέδωκεν ὁμοίως τὸ προνόμιον τῆς παραγραφῆς τῆς ἑκατονταετίας διάταξις, ἀνηνεγμένη ἐν τῷ α' βιβλίῳ τοῦ κώδ. ὑπὸ τὸν β' τοῦ β' τίτλου, οὖσα [543]) τὸν ἀριθμὸν κγ', οὐκ ἀνεῖλεν παντελῶς ἡ παροῦσα διάταξις. Ἐγράφη καλάνδαις Ἰουνίαις βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιε' μετὰ [544]) τὴν ὑπατείαν Βασιλείου.

Quae ab interpretatione ejusdem Novellae *κατὰ πόδα* facta prorsus recedunt, ita ut summam ex latino [545]) excerptam esse pro certo constet. Sequitur autem Athanasius in excerptis Novellarum eam rationem, quod singulis constitutionibus indicem sive brevem totius argumenti adumbrationem, fortasse tamen non ab ipso factam [546]), praemittit, tum initium latinum sive prima quaeque verba latina servat [547]), ex quo facile cognosci potest, quae Novella latine graeceve scripta fuerit [548]), denique epitomen addit constitutionis, in qua vocabula juris latina, ex ipso Novellarum contextu hausta [549]), graecis interposita sunt [550]). Athanasianae epitomes tituli I — III in collectionem constitutionum ecclesiasticarum apud Voellium Tom. II p. 1315 — 1361 translati sunt; una Novella ab Athanasio excerpta in Basilicis [551]) legitur.

Hi interpretes libros Justiniani *κατ' ἐπιτομὴν* graece vel converterunt, vel retractatos ediderunt. Quae interpretandi ratio, quum intra fines certos coerceri non posset, sed ultro citroque vagaretur, facile in aliam abiit, quae summam quidem excerperet,

539) Initium Novellae latinae vide supra p. 54.

540) Eadem leguntur in const. eccles. Collect. III, 2, 5 p. 1350. Alia, quae transierunt ex Athanasio in Nomocanonem Joannis apud Voellium, indicavit Heimbach apud Richterum l. l. 1839 p. 981.

541) Const. eccl. *αὐτῇ*.

542) Const. eccl. *ἐναγωγάς*.

543) Cod. et Basil. *οὖσαν*.

544) Const. eccl. *ιε' ὑπατείᾳ*.

545) Zachariae in Wien. Jahrb. T. 86 p. 234; alii sane, Novellas latine scriptas Antiochiae extitisse negantes, ea de re dubitant.

546) G. E. Heimbach Anecd. I p. XVII; aliter censet Zachariae in Wien. Jahrb. T. 86 p. 229.

547) Heimbach l. l. T. II p. 293.

548) Heimbach l. l. T. I p. LXXXVIII.

549) Heimbach l. l. T. I p. IX.

550) Heimbach l. l. T. II p. 294, qui de indole, natura et forma epitomes Athanasianae agit l. l. Tom. I p. XVI sqq.; Zachariae in Wien. Jahrb. T. 86 p. 228 dicit Athanasii orationem, dum brevis esse laboret, esse duram et obscuram.

551) Epit. VII, 2 in Basil. IX, 2, 2.

Digitized by Google

omissis iis, quae supervacanea viderentur, neque tamen ita angustis se contineret terminis, ut non interdum latius spatiaretur et singula hic illic vel supplendi, vel explicandi causa adderet, omnino autem contextum ex parte tantum, non totum graece redderet. Is vero convertendi vel retractandi modus ab Ictis plerumque *μέση τάξις* [552]) nominatur, quippe qui inter *ἐπιτομὴν* et *παράφρασιν* medium teneat locum; eo primus est usus, quantum sciam,

Dorotheus [553]) vir quaestorius, *quem* [554]) *in Berytiensium splendidissima civitate leges discipulis tradentem propter ejus optimam opinionem et gloriam* et propter *sollertiam legumque scientiam* [555]), ut ab eo aliisque Institutiones [556]), Codex repetitae praelectionis [557]) et Digesta [558]) componerentur, Iustinianus Constantinopolin arcessiverat. Antecessor [559]) ibi factus ante Stephanum, qui eum *μακαρίτην* laudat [560]), indicem [561]) Digestorum ordinem vulgarem secutus confecit, qua in re Matthaeo Blastare teste [562]) *μέσην* convertendi *τάξιν* adhibuit. Cujus indicis fragmenta compluria in scholiis Basilicorum supersunt, enumerata a Zachariaeo [563]), qui locos indicis Dorotheani, inprimis ex libris XXIV—XLVIII Digestorum transscriptos, scholiis Basilicorum interpositos esse speciosius, quam verius demonstrare studet, Dorotheum et Antiquum (*τὸν παλαιὸν*) eundem esse interpretem ratus. Apparet vero ex fragmentis indicem Dorothei ita fuisse compositum, ut contextus Digestorum in brevius quidem constrictus, sed explicationes vel indici ipsi insertae, vel *παραγραφαὶ* in margine additae essent. Hinc, quae Reitzius in editione Theophili p. 1235 habet, rectius sunt constituenda.

Ut convertendi rationem Dorotheanam cognoscas, has elegi particulas.

Digest. II, 14, 39.	Basilic. XL, 1, 39.
Papinianus libro V Quaestionum. *Veteribus placet, pactionem obscuram vel ambiguam venditori et qui locavit nocere, in quorum fuit potestate legem apertius conscribere.*	***Δωρόθεος.*** *Τὰ ἀσαφῆ σύμφωνα ἐπὶ πράσεων καὶ μισθώσεων γινόμενα κατὰ τοῦ πράτου καὶ τοῦ μισθωτοῦ νοεῖται· αὐτοῖς γὰρ ἐξῆν σαφέστερα ποιῆσαι τὰ σύμφωνα.*

[552]) Matthaeus Blastares apud Zachariaeum Hist. jur. G. R. in Addend.; cf. infra not. 562.

[553]) Cf. de eo Heimbach de orig. Basilic. p. 33 sqq. et Zachariae apud Richterum XVI l. l. p. 808 sqq.

[554]) Cod. Just. I, 17, 9, 2.

[555]) Instit. Prooem. 3.

[556]) Const. ad Antecess. §. 2.

[557]) Constit. de emendat. Cod. §. 2.

[558]) Cod. I, 17, 9, 2.

[559]) Instit. l. l.

[560]) In schol. Basilic. XVIII, 3, 24 (Zach.) et XXII, 6, 4 (1).

[561]) Schol. Basilic. XIV, 4, 7, 1 apud Richterum l. l. p. 806. *Δωρόθεος ὁ μακαρίτης τὴν τοιαύτην σημείωσιν ἰνδίκευσε ἀκολουθήσας τῷ ῥητῷ, ὥσπερ καὶ Ἰωάννης.*

[562]) Qua de re E. G. Heimbach quidem l. l. dubitat, sed cf. Zachariae Histor. juris G. R. in Corrig., ubi Blastaris locus integrior, quam apud Fabricium (Bibl. Gr. T. XII p. 370 ed. I), ita legitur: *Στέφανος γάρ τις εἰς πλάτος τὰ δίγεστα ἐξηγήσατο, Κύριλλος κατ' ἐπιτομήν, Δωρόθεος μέσῃ τάξει ἐχρήσατο, Θαλέλαιος ἀντικένσωρ τοὺς κώδικας εἰς πλάτος ἐκδέδωκε.*

[563]) Apud Richterum l. l. T. XVI. p. 808 sqq.

Digitized by Google

Digest. II, 14, 40.

Idem libro I Responsorum. Tale pactum: profiteor te non teneri, non in personam dirigitur, sed quum generale sit, locum inter heredes quoque litigantes habebit.

Basil. XI, 1, 40.

Δωροθέου· Διαλεγόμενός τις πρὸς τὸν χρεώστην αὐτοῦ οὕτως εἶπεν· ἐπαγγέλλομαι μὴ κατέχεσθαί σε τῷ χρέει· οὐκ ἔστι τοῦτο τὸ πάκτον περσονάλιον, ὅθεν καὶ εἰς τοὺς κληρονόμους τοῦ δεβίτορος διαβαίνει.

Digest. XL, 1, 15.

Marcellus libro XXIII Digestorum. Mortis causa servum manumitti posse non est dubitandum. Quod non ita intelligendum est, ut ita liber esse jubeatur ut, si convaluerit dominus, non fiat liber, sed quemadmodum, si vindicta eum liberaret absolute, scilicet quia moriturum se putet, mors ejus exspectabitur, similiter et in hac specie in extremum tempus manumissionis vitae confertur libertas, durante scilicet propter mortis causae tacitam conditionem voluntate manumissoris, quemadmodum cum rem ita tradiderit, ut moriente eo fieret accipientis; quae ita demum alienatur, si donator permanserit in eadem voluntate.

Schol. Basilic. XLVIII, 1, 15.

Δωροθέου· Δυνατὸν καὶ ἐλευθερίαν οἰκέτῃ μόρτις καῦσα δίδοσθαι· μὴ οὕτως δὲ νοήσῃς τὸ λεγόμενον, ἐὰν τῆς νόσου ὑγιάνῃ ὁ δεσπότης [564]*), μηκέτι γένηται ἐλεύθερος ὁ οἰκέτης, ἀλλ' ἵνα ἀπολελυμένως αὐτὸν ἐλευθεροῖ διὰ τὸν ὁτεδήποτε ἐλπιζόμενον θάνατον, καὶ ὥσπερ εἰ vindicta αὐτὸν ἠλευθέρωσεν ἀπολελυμένως· ἐπεὶ δὲ τῆς οἰκείας τελευτῆς ὁ δεσπότης αὐτοῦ* [565]*), περιμένομεν τὴν τελευτὴν αὐτοῦ· οὕτως καὶ ἐν τούτῳ τῷ θέματι εἰς τὸν ἔσχατον χρόνον τῆς ζωῆς τοῦ δεσπότου καταφέρεται ἐλευθερία, ἐὰν ἐπιμείνῃ μέχρι τελευτῆς ὁ δεσπόσης βουλόμενος αὐτὸν ἐλευθερωθῆναι· φυλάττομεν γὰρ τοῦτο διὰ τὴν σιωπηρὰν αἵρεσιν τῆς μόρτις καῦσα δωρεᾶς· καὶ ὅτε γὰρ πρᾶγμα τραδιτεύει τις, ἐφ' ᾧ μέλλοντος αὐτοῦ τελευτᾶν γενέσθαι αὐτὸ τῆς τοῦ λαμβάνοντος δεσποτείας, τότε μεταφέρεται πρὸς τὸν λαβόντα ἡ δεσποτεία, ὅτε μέχρι τελευτῆς διαμείνῃ* [566]*) βουλήσεως ὁ δωρησάμενος.*

In quibus intelliges Dorotheum vestigia contextus satis diligenter legisse, linguae latinae, quod formulae quoque forenses ab eo servatae ostendunt, admodum gnarum fuisse et hic illic singula explicandi causa adjecisse. Num idem Institutiones et Codicem Justiniani eodem modo graece vel converterit, vel explanaverit, id dubium esse recte monet Zachariaeus [567]).

[564]) Heimbach. addi jubet ἵνα.

[565]) Heimbach. addere vult ἐμνήσθη; immo latet verbum in v. αὐτοῦ.

[566]) Heimbach. addere vult τῆς αὐτῆς.

[567]) Apud Richterum l. l. p. 808. Institutiones enim, quas cod. Paris. Nr. 1367 continet (cf. Prochir. p. XII ed. Zachar.), Theophili esse videntur et index Codicis per errorem a Bachio Hist. jur. IV, 1, 3. §. 9 Dorotheo attribuitur, neque in scholio Prochir. 8, 31, 8 p. 168 ed. Zachar. commemoratur.

Digitized by Google

Exemplum Dorothei antecessoris Berytiensis *Isidorus* [568]), fortasse et ipse antecessor Berytiensis [569]), quem inscriptio constitutionis *Omnem* anni DXXXIII editae nominat, in graece convertendo secutus est. Quemadmodum enim ille *μέσῃ τάξει* usus Digesta in graecum transtulit [570]), ita Isidorus Codicem Justiniani eadem ratione retractatum edidit, quod non solum scholion Basilicorum [571]) indicat, sed etiam Matthaeus Blastares [572]) diserte testatur, ita ut simul conversionis modum describat. Accedit quod in scholiis Basilicorum compluria Codicis Isidoriani fragmenta ex libro octavo [573]) transscripta supersunt. Quod vero Zachariaeus [574]) alia fragmenta ejusdem Codicis in Nomocanone Ioannis Antiocheni invenisse sibi visus est, id mihi non persuasit; ab iis certe, quae in Basilicis exstant, in verborum usu et tractandi ratione multum recedunt. En particulas aliquot libri deperditi.

Codex VIII, 2, 1.

Imp. Severus A. et Antoninus C. Justo. Hereditatem ejus, quem patrem tuum fuisse dicis, petiturus judicibus, qui super ea re cognituri erunt, de fide intentionis allega. Quamvis enim bonorum possessionem ut praeteritus agnovisti, tamen interdicto quorum bonorum non aliter possessor constitui poteris, quam si te defuncti filium esse et ad hereditatem vel bonorum possessionem admissum probaveris. PP. VIII. Kal. Januar. Laterano et Rufino CSS.

Schol. Basilic. XL, 9, 3.

Ἰσιδώρου·

Ὁ παῖς ἐαθεὶς [575]) *πραετέριτος παρὰ τοῦ οἰκείου πατρὸς καὶ αἰτήσας τὴν κόντρα τάβουλας διακατοχὴν οὐκ ἄλλως δύναται τῷ ἰντερδίκτῳ χρήσασθαι, εἰ μὴ καὶ παῖδα ἑαυτὸν ἀποδείξει τοῦ τελευτήσαντος καὶ κατὰ τὸ ἔδικτον ᾐτηκέναι τὴν διακατοχήν.*

Codex VIII, 53 (54), 37.

Imp. Iustinianus A. Joanni Pf. P. Verba superflua, quae in donationibus poni solebant, scilicet sestertii nummi unius, assium quatuor, penitus esse rejicienda censemus. Quid enim verbis opus est, quae rerum

Schol. Basilic. XLVII, 1, 69.

Ἰσιδώρου· Ἔθος ἦν ἐντάττεσθαι δωρεαῖς ῥήματά τινα οὕτως ἔχοντα· δωροῦμαί σοι τόδε τὸ πρᾶγμα sestertio nummo uno assium quatuor. Ταῦτα ὡς περιττὰ κελεύει ἡ διάταξις μηκέτι ἐντάττεσθαι ταῖς

568) Cf. de eo Heimbach de orig. Basilic. p. 40 sq., Zimmern Gesch. d. röm. Privatr. I, 1 p. 399 et Zachariae apud Richterum l. l. p. 810 sqq.

569) Fabric. B. Gr. T. XII p. 345 (Ed. I) et Zachariae l. l. p. 811 not.

